INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

VOLVMEN IV

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMII

INSCRIPTIONES ARGOLIDIS

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

MAXIMILIANVS FRAENKEL

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMII

PRAEFATIO.

Academia Regia cum mense Februario anni MDCCCXCV mandato me honoravit, ut Peloponnesi inscriptiones Graecas novo Corpore colligerem, postulavit ut ipse provinciam meam paulatim permigrans lapides superstites requirerem, idque quam maxime postulavit mihi gratum et acceptum. Quo enim magis titulorum existimator magnam partem, in amissis scilicet et latentibus, necessario pendet ab aliorum oculis, quorum et facultas et fides valde diversae, eo vehementius oportet impellamur, ut quantum fieri possit dubitationes de servatis certe conemur eximere lapidibus. Ad quod accedit quod persaepe ad res cognoscendas summi momenti regionum est cognitio et quod melius de titulorum desideratorum exemplis editis iudicabit, cui collatis multis multorum apographis cum lapidibus quae vitia committi soleant in animo versabitur. Praeterea cum inscriptiones multas forte repertas constet in Graecia latere, multas ab incolis, ut lapides in suum usum convertant, deleri (cuius rei triste exemplum attuli ad titulum n. 694), quicumque terram nobis sacram explorat sperare potest se impetraturum et vel servaturum esse inscriptionum adhuc ignotarum memoriam.

Prompto igitur animo, postquam totius operis materiam publici iuris factam quam celerrime collectam in schedis descripsi, iter ingressus, die IX. mensis Martii anni MDCCCXCVI Athenis adveni, ubi necessaria erant praeparanda. Comitem sociumque expeditionis Peloponnesiacae adiungere mihi contigit Carolvm Fredrichivm Stettinensem, qui laborum participem se praebuit excepto tempore quo interfuit itineri annuo ab instituto Germanico in insulas suscepto, quique investigatis lapidibus, paratis schedis meis, consilio in lectionibus difficilioribus dato, ectypis chartaceis quam perfectissime expressis, praeterea ipse si munera reliqua otium ei reliquerunt titulos describens gravissima praestitit officia et multo plura quam ut singillatim afferri potuerint. Petendum etiam mihi erat praesidium summorum magistratuum Graecorum, e quibus Panagiotes Cavvadias cum alia humanissime mihi suppeditavit tum in sacro Epidaurio, quod primum adeundum esse duxi, ut domicilium concessit conclave unici aedificii ibi exstructi, quod praeter id continebat »museum«, libereque uti permisit monumentis quae ab eo detecta simul monumenta gloriae eius facta sunt. Quod referendum mihi erat, Epidauri postea non plane ex eius voluntate rem actam esse (cf. lemma n. 1492 et in addendis n. 925), id gratiam quam mecum rei epigraphicae sectatores cuncti viro debent egregio, deminuere nullo modo potest.

Epidauri tanta erat inscriptionum copia quarum maior pars inedita, ut inde a die XV. mensis Martii usque ad III. Maii, cum plane exhaustus finem facere coactus sum, omnia conficere non possem. Non aegre qui materia hic commode proposita utentur comperient, quantis aerumnis comparanda fuerit. Cubiculi particeps per dies fere triginta erat antiquitatum epistates Koromandos, qui tussibus horribilibus cruciatus quietem cuiusque noctis turbabat. Accessit tempestatis summa iniquitas: post pulchros dies quattuordecim non remittebat intermixtis imbribus assiduis frigus in Graecia hoc anni tempore ut dicebant inauditum; accidit ut tota Aesculapii vallis nive esset contecta; in cubiculo insolide constructo thermometrum Celsianum excedere non solebat gradus novem, perpaucis diebus ascendit ad duodecim: id erat refugium, in quod portandi erant et rigidis manibus describendi lapides mobiles, si sub divo ubi longe plurimae iacebant inscriptiones opus fieri nequibat. Neque iucundum erat expedire lapides in museo quod dicebatur collocatos, ubi aut apertis porta ligneisque fenestrarum vitro non instructarum luminaribus laborandum erat vento, aut clausis caligine, semper frigore. His conditionibus descripti tum sunt sive collati tituli plus quingenti quinquaginta, inter quos sunt permagni et multi propter lapidem adhibitum mollem tam male habiti, ut vix distinguantur fissurae a litterarum umbris: aequus igitur quisque indulgentiam non recusabit, si non semper vires suffecerint ad omnia bene administranda. Quo plura toleranda erant adversa, eo gratiore animo me renovare iuvat laetam memoriam societatis Christiani Blinkenbergii Havniensis, qua Epidauri per complures dies delectatus sum; is strenuis viribus lapides mihi infirmo ferens sive movens omnique alio modo quo fieri poterat, praesertim diebus quibus aberat Fredrich, me adiuvans in perpetuum me devinxit. Neque silentio praeterire fas est benevolentiam et prompta officia antiquitatum Epidauriarum custodis, qui cum suis praeter epistatam unicus erat huius solitudinis incola.

Iam eiusdem anni auctumno in Graeciam reverti, ut investigationem continuarem, in qua iterum Fredrichii auxilio fructus sum. Incepimus ab Aegina, ubi mihi commorato a mensis Septembris die XII. usque ad XXI. quantum profuerit locorum hominumque cognitione Pelecanvs ludi publici magister, quem ut comitari me posset per complures dies ab officiis liberavit demarchus honestissimus Emmanvil, quantum apographis liberaliter traditis et consiliis Iriotis scholae rector, vir in Germaniae universitatibus instructus et de epigraphia Aeginetica peculiari libello edito optime meritus: id grate praedicare meum iam erat in dissertatione »*Epigraphisches aus Aegina*« inserta actis academicis maioribus anni MDCCCXCVII, qua via mihi munienda erat ad lapides digerendos; originis enim memoria olim collocatorum in museo, quod toti renatae Graeciae commune Aeginae constitutum erat, magnam partem obscurata erat et corrupta.

Ab Aegina petivi Pityonesum et Cecryphaliam insulas, tum Calauriam et Methanam, a die Septembris XXV. usque ad II. Octobris laborem praebebat Troezen, deinde usque ad VI. Hermione, usque ad XXII. Argi et loci vicini, tum usque ad XXVI. iterum moratus sum in sacro Epidaurio et Epidauri in urbe, unde per Phliunta profectus Corinthum sedes adii Cleonarum, Sicyonis, Cenchrearum, Crommyonis. Primo Novembris die Athenas redii, ubi museum usque ad diem XX. perscrutatus exscripsi quos ad me pertinentes inveni titulos, quod quidem in parte soli rei epigraphicae dicata, cuius thesauri enormes adhuc carent ordine et catalogo, casui est obnoxium. In itinere auctumnali tam insolito laborandum erat calore quam antea frigore; cum quantis insuper molestiis et angustiis coniuncta sit longior peregrinatio in Graeciam interiorem instituta, peritus nemo ignorat.

Principale Corporum nostrorum officium non positum esse duco in titulorum restitutione et explicatione, sed maxime nil praetermittere studendum esse, quin documenta epigraphica quam plenissime collecta et quam accuratissime constituta ad virorum doctorum praebeantur usum. Quod ut quantum possim assequerer, petendum mihi erat multorum auxilium, atque certabant quasi nationum variarum viri, ut monstrarent, in scientiarum liberalium campo nihil valere terrarum fines neque in eo regnare aemulationem et ambitionem, sed humanitatem et doctrinae communis commodum. Nominandi prae reliquis mihi sunt Graeci: praeter Cavvadiam, quem grato iam laudavi animo, Stais sculptorum musei Atheniensis operum praefectus, qui mihi permisit ut inventaria egregie instituta perlegerem et quae ibi reperissem inscriptionibus ornata ex libidine adirem; eo et Cavvadia auctoribus factum est ut museum epigraphicum, quamquam eius praefectus Leonardus aberat, ad liberum mihi pateret usum; Tsvntas res Mycenaeas eas quas eo absente clausas cernere non potueram postea delineandas praebuit; humanissime Skias inscriptiones mihi indicavit. Richardson lapides ab Americanis in Heraeo Argivo repertos ad describendum mihi concessit et cum Ioanne Williams-Whitio egregio professore Cantabriensi auctor fuit, ut eorum quos postea Corinthi et Cleonis invenerant notitiam mihi transmitterent Powell et Dickerman. De nostratibus Athenis consistentibus numquam defecit Wolters, ubicumque consiliis utilissimis sive intercessione prodesse poterat; Wilhelmo, qui ab Academia officium adiutoris operum epigraphicorum in se receperat, praecipue debetur inchoatum apographum difficilis fragmenti Troezenii n. 823 *A*; eius successor De Prott promptissimo officio et titulos in museo investigatos diligentissime exscripsit et numquam recusavit coniecturas meas ex apographis suis factas in lapidibus examinare et sic corrigere sive meum opus sive suum. Nemeam, ubi ipse nihil profeci, meo rogatu, postquam comperi quo loco collocati essent tituli reperti, iter suscepit.

Summa gratia extollenda mihi est Francogallorum insignis humanitas. Beneficio Ivlii de Chantepie bibliothecae Sorbonnianae illustrissimi praefecti factum est, ut Berolini uti possem ectypis a Le Basio olim factis de lapidibus, quorum pars haud exigua nunc desideratur; delectum fecit Holleavx. Exempla lapidum Troezene a se repertorum, antequam ipse ea publicavit, rara comitate misit Legrand intercedente Havssovlliero, cui praeterea debeo titulorum Parisiis asservatorum optatissimam notitiam. Fougères quod auctore Homollio suppeditavit ectypa titulorum quos Mantineae effoderat, hoc loco praeterire non possum, quamquam ad hoc volumen nondum erant adhibenda.

E museorum praefectis laudandi praeter Graecos sunt Mvrray Londinensis, Collignon Parisinus, Kieseritzky Petropolitanus. Blinkenberg semper paratus mihi erat subsidium petenti e schedis suis Epidauriis. Quam optime meritus est Fvrtwaengler et eo auctore adiutor in effossionibus Aegineticis Thiersch, quod gravia eorum inventa huic volumini adnectere adhuc potui. Diaria olim scripta in itinere Graeco, quod iuvenes una susceperant, mihi permiserunt Conze et Michaelis, e quibus sicut e Welckeri et Rossii diariis in accademia nostra asservatis haud mediocrem percepi fructum. Franciscvs Boll Monacensis quod magnum officium praestiterit, exposui ad titulum n. 679. Neque permulti, quorum humanitatem ne longus essem satis habendum mihi erat rettulisse ad singulas inscriptiones, credant quaeso me gratiae eis debitae aliquid detraxisse.

Honoris causa ultimo loco nomino virum venerabilem, rerum Academiae epigraphicarum Graecarum moderatorem Adolfvm Kirchoffivm, qui ex praeceptore amicus factus per triginta fere annos benevolentia numquam cessante me prosecutus est cuiusque auspiciis hoc perfecisse gaudio mihi est et honori.

Scribebam Berolini Mense Febrvario
Anni MDCCCCII.

Maximilianvs Fraenkel.

CONSPECTVS EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

PARS PRIMA.

AEGINA.

1. DECRETA.

1 Stela marmorea, cum vestigiis cymatii in summa parte, a. 1,33. l. 0,51. cr. 0,13. Fuisse in museo Aeginae olim constituto testis est Ross et huius musei index a Campane anno 1832 confectus (editus apud Cavvadiam, Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ μουσείου. Ἐν Ἀθήναις. I) p. 32 n. 344: »Μαρμάρου μεγάλη πλάκα τετράγωνος φέρουσα ψῆφον. Ἀγαθῇ τύχῃ ... Αἰγ(ίνης)«. Nunc Athenis in museo publico. Reperta a Mustoxyde, ut ait Pittakis, »τὸ 1830 εἰς τὴν Αἴγιναν οὐ μακρὰν τοῦ ναοῦ τῆς Ἀφροδίτης«, ut Expeditio Moreotica, »*près du lazareth, qui occupe l'emplacement de l'ancien port*«.

Rossii extat apographum in diario anni 1835. Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1839 n. 343. Ter edidit Le Bas: adhibens apographa tria Trézelii Virleti Quineti *Expédition de Morée* III 60 et *Explication d'une inscription Grecque de l'île d'Égine* (Paris 1842); ex apographo multo meliore *Voyage archéol.* II 1688. E Pittakis schedis et ex Expeditione Boeckh, C. I. G. II add. 2139*b*. Rangabé, *Antiquités Helléniques* 2, 688. (Hicks, *Manual of Greek historical inscriptions* n. 189.) — Cf. M. H. E. Meyer, Encyclopaedia Halensis III 16 p. 401. 411; Fränkel, *Inschriften von Pergamon* I p. 169. — *Exscripsi* et confeci ectypum.

[*Exemplum vide pag. 2.*]

Var. lect. Uncis inclusae sunt litterae eae quae sive in Le Basii *Voyage* sive a Rossio datae nunc certe non incolumes conspiciuntur in lapide, cuius partes nonnullae valde sunt detritae et Rossio teste iam anno 1835 »*sehr unleserlich*«; hic illic indicabo vestigia quae vidi litterarum, quas plenas exhibet Le Bas. Satis habeo referre lectiones Le Basii, cuius apographum longe praestantissimum, et potiores Rossii Rangabeique, missis reliquorum erroribus. Vs. 14 ΤΕΤΑΕΙ..ΤΕ...ΟΝΟΝ Le B., ΤΕΤΑΕ ΛΙΓΥ<....ΟΜΟΝ Rang., ΤΑΕΙ........ΟΝΟΝ Ross. In fine ΠΡΟ (quae certe in lapide fuerunt) ΔΙΑ Trézel || vs. 15 ΜΟΥΣ.Μ.ΚΑΙ Le B. || vs. 16 nunc modo ΔΗΝ ΓΙ || vs. 17 ΙΣΗΝΠΑΡ..Ν...ΑΙΟ..ΤΑ ΤΩΝ Le B., ΙΣΗΥ‾ΑΡ......ΙΟΣ.ΕΙΑΤΩΝ Ross, ΙΣΗΥΠΑΡ....... Η...ΑΤΩΝ Rang., ΙΣΗΥ Virlet Quinet Pitt. || vs. 19 ΑΥΡ....ΝΕΝ ΕΝΧΘ Le B. Idem sine Ρ Ross || vs. 21 post ΑΝΑΣ omittit Τ Le B. || vs. 23 ΒΟΥΛΗΘΕΝΤΟΣΑ'Τ'ΟΣ Rang. || vs. 24 ΚΟΙΝΗΙ.Α......ΔΙΑ Le B. || vs. 26 extr. nunc modo ΚΛ‾ΑΤ' || vs. 27 de littera quarta nunc superest Ͱ, de septima ‾ || vs. 29 ΜΕΤ/ Τ ΑΡΡΗΣΙΑΣ (μετὰ παῤῥησίας) Rang. || vs. 30 ΜΕΝΩΜΤΩΙΤΟ Ross || vs. 31 extr. nunc cernitur ΕΙΞ ΤΑ ι..Β.ΞΙ || vs. 32 extr. ΦΘΑΙΜΕΙ..... Le B., sed inter Α et Ε, quae clara sunt, spatium est quattuor fere litterarum || vs. 35 Ρ..ΤΑ. ΣΤΗΣ Le B., ab initio 'ΡΑΤΑΓ/.......Ν....ΟΡΙΣΠΑΡ/ Rang., ..ΡΑΤΑΓ............ΝΤΑ..ΟΝΤΑΙΣΤΗΣ Ross || vs. 36 in. ΑΝΩ ΣΑΧΡΥΣ Rang. || vs. 42 extr. ΛΕΙΟΝΤΩ ΑΤΗΓΩΝ Rang. || vs. 43 ΠΟΛ....ΙΤΗ.Δ...ΙΟΥΚΑΙΓΡΑΨ Le B., sed inter ΚΑΙ et ΑΨ in lapide spatium quattuor fere litterarum || vs. 49 in. Α omittit Le B. || vs. 51 in. \Λ omittit Le B.

Ἀγαθῆι Τύχηι· δεδ[όχθ]αι [τ]εῖ βουλεῖ καὶ [τ]ῶι δ[ή]μωι· τοῦ δήμου πᾶσιν μὲν τοῖς ἀπεσταλμένοις ἐπὶ τ[ὴ]ν [πόλιν πεπειθαρχηκότος τε καί, ἐφ᾽ ὅσον ἦν δυνατόν, κατηκ[ολουθηκότος ταῖς ἑκάστων αὐτῶν βουλήσεσιν, καταχθέντος δὲ καὶ Κλέωνος τῶν τοῦ βασιλέως Ἀττάλο[υ φιλαδέλφου σωματοφυ[λ]άκων καὶ μείναντος ἔτ[η δεκαὲξ καὶ ἐν τούτοις ἀπόδε[ιξι]ν πεποιημένου τ[ῆς] π[ραγματικῆς καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον εὐταξίας, ἴσως δὲ καὶ δ[ικαίως προσενηνεγμένου πᾶσιν μετὰ τῆς πάσης καθαρει[ότητος, οὐδὲν ἐφελκο[μέ]νου τῶν ἰδιωτικῶν οὐδ᾽ ἀπ᾽ ὀρθῆς, [κ]ἂ[ν μετ᾽ ἐξουσίας, θέλ[οντ]ος πράττειν, ἀλλὰ τὰ μὲν πλεῖστα [πειρωμένου συλλύειν, τοὺς δὲ μ[ὴ] συλλυομένους ἀναπένπον[τος ἐπὶ τὰ καλῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένα ἡμῖν ὑπὸ τῶ[ν βασιλέων κατά τε τὰ εἰ[ς ......]ομον κε[χ]ρηματισμένα π[ροστάγματα καὶ τοὺς νόμους, [ὅπως] καὶ τῶι ἀσθενεστάτωι [πρὸς τὸν δυνατώτατον [καὶ] τῶι δημοτικωτάτωι πρὸς τὸν εὐπο[ρώτατον ἡ ἴση ὑπάρ[χῃ δικα]ιο[δ]ο[σί]α, τῶν τε ἀ[π]ενενχθεισ[ῶν ἐν τούτοις τοῖς [ἔτεσι] δικῶ[ν τὰ]ς μὲν πλεί[σ]τας εἰς σύλ[λυσιν ἀγηγοχώ[ς, τὰς δὲ ἐπ᾽ α]ὐ[τὸν ἀ]νενεγχθείσας διεξαγη[γοχὼς ὥστε καὶ [μάλ]α [το]ὺς τὰς δίκας ἔχοντας εὐδοκεῖν, τ[ήν τε ἄλλην ἀναστ[ροφὴν πε]ποιη[μέ]νος εὐσχημόνως καὶ ἀ[ξίως τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆ[ς] πόλεως, κακοῦ μὲν εἰς τὸ δυν[ατὸν οὐθενὶ βουληθεὶς παραί[τι]ος γίνεσθαι, [ἀ]γαθοῦ δὲ κατ[ὰ τὸ δίκαιον καὶ κοινῆ καὶ [ἰ]δία[ι ἑκά]στωι, καθηκολουθηκ[ὼς ᾗ ἔχοντες οἱ βασιλεῖς [ἡ]μῶν [δια]τελοῦσιν πρὸς τὴν πό[λιν προαιρέσει εὐαπάντ[ητο]ς γινόμενος τοῖς τε κατὰ τὴ[ν πόλιν καὶ τοῖς παραγινο[μένο]ις παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶ[ν ξ]ένων τοῖς παρεπιδ[ημοῦσι]· δι᾽ ἃ καὶ πλεονάκ[ι]ς ὁ δῆμο[ς ἠξ]ίου τοὺς βασιλεῖς μετὰ πρεσβείας, ὡς μέγιστον αὐτῶ[ν χαριουμένων τῶι [δήμωι], ἐὰν ἐπιχωρήσωσιν μέν[ειν] αὐτὸ[ν ἐ]πὶ τῆς πόλεως· διά τε δὴ ταῦτα καὶ διὰ τὸ εἰς τὰ τοῦ βασιλέως πράγματα [καλῶς] καὶ δικαίως ἀνεστράφθαι, [ὥσπ]ε[ρ καὶ ἐ]ν τοῖς ἄλλοις π[ᾶσιν, μετὰ] καλοκἀγαθίας καὶ δικαιοσ[ύν]ης· δεδόχθ[αι τῆι] βουλῆι καὶ τῶι δ[ή]μωι ἐπαινέσαι Κλέω[να Στρ]ατάγο[υ] Π[εργ]α[μην]όν, [τὸν προσ]τά[την] τῆς πόλεως, καὶ τ[ιμῆσαι χ[ρ]υσ[ῶι] σ[τεφάνωι καὶ] εἰκόνι χαλκῆι ἀρετῆς ἕνεκεν [καὶ εὐ]νοίας, ἣν ἔχ[ων δι]ατελ[εῖ καὶ εἰς] τὸν βασιλέα Εὐμένη καὶ τ[ὸν βα]σιλέα Ἄττ[αλο]ν [φ]ιλάδε[λφον] καὶ τὴν βασίλισ[σα]ν Στρατο[νίκη]ν καὶ Ἄτ[τ]αλο[ν υἱὸν] βα[σιλέω]ς Ε[ὐμ]ένου καὶ τὸ[ν] δ[ῆμ]ον τ[ὸν Αἰγιν]ητῶν καὶ ἀνα[γορεύειν ταῦτα] Ἀτταλείων κα[ὶ] Εὐμεν[είων καὶ Νικηφορίων θυ[μελικῶι] ἀ[γῶνι κ]αὶ Διονυσί[ω]ν τρ[α]γ(ῳ)δοῖς [καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἑ[κάστοτε ε]ἶνα[ι τῶν ἐν ἀρ]χεῖ ὄντω[ν] στρατηγῶν. [εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ πολί[την καὶ] ἐ[κγόνους α]ὐτοῦ καὶ [ἐγγρ]άψασθαι φυλῆς καὶ δήμου, οὗ ἂν [βούλη]ται, ὑπάρ[χε]ιν δὲ αὐ[τ]ῶι καὶ σίτη[σ]ιν ἐν πρυτανείωι διὰ βίου. τὸν δὲ γραμμα[τέα τ]οῦ δήμου ἀναγράψαι [ἐς σ]τήλην, ἣν σταθῆναι ἐν τῶι Ἀτταλείωι, τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλ[ωμα] ε[ἴς] τε τὴν ἀναγραφὴν καὶ τὴν ἀνάθεσιν [μ]ερίσαι τὸν ταμίαν, τῆς [δὲ] ἀναθέσεως τὴν ἐπιμέλεια[ν] ποιήσασθ[αι] τοὺς στρατηγούς, ἵ[ν]α τούτων συντελουμένων [φ]ανερὸς ἦι ὁ δῆμος καταξίως τιμ[ήσ]ων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύ[ν]αμ[ιν] τοὺς ἀξίως μὲν τοῦ βασιλέως, [κα]λῶς δὲ καὶ δικαίως προσφερομένους ἑαυτῶι. ἀναπέμψαι δὲ [τόδε τὸ ψή]φισμα τοὺς στρατηγοὺς πρὸς τὸν βασιλέα, ἵνα μετὰ τῆς ἐκείν[ο]υ γνώμης συντελῆται τὰ ἐψηφισμένα.

Ἡ βουλή, || ὁ δῆμος |
Κλέωνα | Στρατάγου | Περγαμηνόν.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΔΕΞ ΑΙΙΕΙΒ[Ο]ΥΛΕΙΚΑΙΙΩΙΔΗΜΣ[Ι]//////////////
ΤΟΥΔΗΜΟΥΠΑΣΙΝΜΕΝΤΟΙΣΑΠΕΣΤΑΛΜΕΝΟΙΣΕΠΙΤΙ[Ν//////
ΛΙΝΠΕΠΕΙΘΑΡΧΗΚΟΤΟΣΤΕΚΑΙΕΦΟΣΟΝΗΝΔΥΝΑΤΟΝΚΑ[Τ]Η[Κ]//////
ΛΟΥΘΗΚΟΤΟΣΤΑΙΣΕΚΑΣΤΩΝΑΥΤΩΝΒΟΥΛΗΣΕΣΙΝΚΑ[Τ]Λ[Χ]//////
ΘΕΝΤΟΣΔΕΚΑΙΚΛΕΩΝΟΣΤΩΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΑΤΤΑ \[Ο]//////
ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥΣΩΜΑΤΟΦΥ ΑΚΩΝΚΑΙΜΕΙΝΑΝΤΟΣ[ΕΤ/////////
ΚΑΕΞΚΑΙΕΝΤΟΥΤ(ΙΣ]ΑΠΟΖΙ Ξ ΝΠΕΠΟΙΗΜΕΝΟΥΤΙ [Π]//////////
ΜΑΤΙΚΗΣΚΑΙΤΗΣΚΑΤΑΤΟΝΒΙΟΝΕΥ[Τ]ΑΞΙΑΣΙΣΩΣΤΕΚΑΙΖ/////////////
ΠΡΟΣΕΝΗΝΕΓΜΕΝΟΥΠΑΣΙΝΜΕΤΑΤΗΣΠΑΣΗΣΚΑΘΑΡΕΙ////////
ΤΟΣΟΥΘΕΝΕΦΕΛΚΟ Ν[Ο]ΥΤΩΙ[Ν]ΙΔΙΩΤΙΚΩΝΟΥΔΑΠΟΡΘΗΣ[ΑΙ]
ΜΕΤΕΞΟΥΣΙΑΣΘΕ/[Ν] ΟΖΠΡ/[ΑΤ]ΤΕΙΝΑΛΛΑΤΑΜΕΝΠΛΕΙΣΤΑ////////
ΡΩΜΕΝΟΥΣΥΛΛΥΕΙΝΤΟΙΣΔΙΜ[Ι Σ] ΛΛΥΟΜΕΝΟΥΣΑΝΑΠΕΝΠΟΝ//////
ΕΠΙΤΑΚΑΛΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΝΕΝΟΜΟΘΕΤ[Η]ΜΕΝΑΗΜΙΝΥΠΟΤΩ////
ΣΙΛΕΩΝΚΑΤΑΤΕΤΑΕΙΖ ‾ ΟΜΟΝΚΕ/ΡΗΜΑΤΙΣΜΕΝΑΠ////
ΤΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΟΥΣ[Ν]Ο[Μ]Ο[Υ]Σ ΙΟΞΚΑΙΤΩΙΑΣΘΕΝΕΣΤΑΤΩΙ////
ΤΟΝΔΥΝΑΤΩΤΑΤ[ΟΝ Τ]ΩΙΔΗ[ΜΟΤ]ΙΚΩΤΑΤΩΙΠΡΟΣΤΟΝΕΥΠΟΙ///
ΤΑΤΟΝΗΙΣΗΥΠΑΡ' ΙΙΟΖΟΞ ΑΤΩΝΤΕΑΤΕΝΕΝΧΘΕΙΣ/////
ΕΝΤΟΥΤΟΙΣΤΟΙΣ‾ ΔΙΚ[Ω] \ΣΜΕΝΠΛΞΙΞΤΑΣΕΙΣΣΥ/ /////////
ΣΙΝΑΓΗΓΟΧΩ ΛΥ ΝΕΝΕΓΧΘΕΙΣΑΣΔΙΕΞΑΓΙ[Η]////
ΧΩΣΩΣΤΕΚΑΙ [Α] Υ[Σ]ΤΑΣΔΙΚΑΣΕ[Χ]ΟΝΤΑΣΕΥΔΟΚΕΙΝΤ//////
ΤΕΛΛΛΗΝΑΝΑΣΤ ΠΟΙ[Η] 'ΝΟΣΕΥΣΧΗΜΟΝΩΣΚΑΙΑΞ/////
ΩΣΤΟΥΤΕ[Β]ΑΣΙΛΕΩ[ΣΚ]ΑΙΤ[Η Π]ΟΛΕΩΣΚΑΙΟΥΜΕΝΕΙΣΤΟΔΥΙ[Ν]
ΤΟΝΟΥΘΕΝΙΒΟΥΛΗΘΕΙΣΠΑΡΑΙ ΟΣΓΙΝΕΣΘΑΙΙΓΑΟΟΥΔΕΚΑΤ//////
ΔΙΚΑΙΟΝΚΑΙΚΟΙΝΗΡΑΙ Ζ[ΙΑ] [Α]ΣΤΩΙ[Κ]ΑΤΗΚΟΛΟΥΘΗΡ/////////
ΗΕΧΟΝΤΕΣΟΙΒΑΣΙΛΕΙΣ ΜΩΝ ΛΤΕΛΟΥΣΙΝΠΡΟΣΤΗΝΠΟ////
ΠΡΟΑΙΡΕΣΕΙΕΥΑΠΑΝΤ ΣΓΙ[ΝΟ]ΜΕ[Ν]ΟΣΤΟΙΣΤΕΚΑ[Τ]ΑΤΙ[Η]////
ΙΙΝ[Κ]Α[ΙΤ]ΟΙΣΤΑΡΑΓΙΝΟ [Ι]ΣΠΑΡΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΣ ΚΑΙΤΩ
ΕΝΩΝΤΟΙΣΠΑΡΕΠΙΔΗ Δ[Ι]ΑΚΑΙΠΛΕΙΟΝΑΚ//ΣΟΔΗΜΟ///////
ΙΟΥΤΟΥΣΒΑΣΙΛΕΙΣΜΕΤ[Α]Π[Ρ]ΕΣΒΕΙΑΣΩΣΜΕΓΙΣΤΟΝΑΥΤΩ////
ΧΑΡΙΟΥΜΕΝΩΝΤΩΙ [ΕΑΝ]ΕΤΙΧΩΡΗΣΩΣΙΝΜΕΝ[Ν] ΑΥΤΟ//
ΤΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣΖ[Ν]ΙΑΤΕΔΗΤΑΥΤΑΚΑΙΔΙΑΤΟΕΙΞΤ[ΑΤΟΥ]Β[ΑΣ]Ι
ΙΕΩΣΠΡΑΓΜΑΤ[Α ΚΑΙ]ΔΙΡΑΙΩΣΑ[Ν]ΕΣΤΡ[Α]ΦΘΑ[Ι] Ε//////
ΝΤΟΙΣΑ/ΛΟ[ΙΣΠ] ΚΑΛΟΚΑΓΑΟΙ/ΣΚΑΙΔΙΚΑΙΟ[Σ]///
ΗΣΔΑΔΕΔ[Ο]ΧΟ ΒΟΥΛ[ΗΙΚΑΙΤ]ΩΙΔΙΜΩ[ΙΕ]ΠΑΙΝΕΣΑΙΚΛΕΩ////
ΡΑΤΑΓ[Ο]Γ Κ[ΑΙ ΟΝ] ΤΑ ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ[Τ///
Μ[Η]ΣΑΙΧΡΥΣ Σ [ΕΙΚ]ΟΝΙΧΑΛΚΗΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕ[Ν////
ΝΟΙΑΣΗΙ[Ν]ΞΣ ΛΤΕΛΕ ΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΕΥΜ[Ε]ΝΗΚΑΙΤ/////
ΣΙΛΕΑΑΤΤ [Ν ΙΛ]ΛΔ[Ε ΚΑ]ΙΤ[Η]ΝΒΑΣΙΛΙΣ ΝΣΤΡΑΤΟ////
ΝΚΑΙΑΤ‾ΑΛΟ [Β Α] ΚΓ ΕΝΟΥΚΑΙΤΟ///Ζ ΟΝΤ//////////
ΗΤΩΝΚΑΙΛΙ[ΝΑ] ΑΤΤΑΛΕΙ[Ω]ΝΚ/ΛΥΜΕΝΙ///
ΩΝΚΑΙΝΙΚΗΦΟΡΙΩ[ΝΟΥ] Α[Ι] ΑΙΔΙΟΝΥΣΙ ΝΤΡΑ‾ΟΛ[Ο]Ι[Σ]////
ΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΓ Ι]Ν/[Α ΡΧΕΙΟΝΤΩ [Σ]ΤΙΑΤΗΓΩΝ///
ΝΑΙΔΕΑΥΤΟΝΚΑΙΠΟΛΙ ΓΙ _ΥΤΟΥΚΑΙ ΑΨΑΣΘΑΙ
Φ]ΥΛΗΣΚΑΙΔΗΜΟΥΟΙ/[ΑΝ] ΤΑΙΥΠΑ[Ρ]ΧΓΙΝΔΕΑΥ ΣΙΚΑΣΙΤΗ
'ΝΕΝΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙΔΙΑΒΙΟΙΤΟΝ]ΔΕΓΡΑΜΜΑ ΟΥΔΗΜΟΥΛ[Ν]ΑΓΡΑΨΑΙ
ΤΗΛΗΝΗΝΣΤΑΘΗΝΑΙΕΝΤΩΙΑΤΤΑΛΕΙΩΙΤΟΔΕΓΕΝΟΜΕΝΟΝΑΝΑΛ///
Ξ: ΤΕΤΗΝΑΝΑΓΡΑΦΗΝΚΑΙΤΗΝ[Α]ΝΑΘΕΣΙΝ ΕΡΙΞΑΙ ΝΤΑΜΙΑΝΤΗΣ
ΑΝΑΘΕΣΕΩΣΤΗΝΕΠ[Ι]ΜΕΛΕΙΑ ΠΟΙΗΣΑ[ΣΘ ΤΟ]ΥΣΣΤΡΑΤΗ[Γ]ΟΥΣΙ
ΑΤΟΥΤΩΝΣΥΝΤΕΛΟΥΜΕΝΩΝ Λ[ΝΕ]ΡΟΣΗΙΟΔ[Η]ΜΟΣΚΑΤΑΞΙΩΣΤΙΜΙ///
ΩΝΚΑΤΑΤΗΝΕΑΥΤΟΥΔΥΙΙΑ[Μ] ΤΟΥΣΑΞ[Ι]ΩΣΜΕΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩ[Σ
\ΛΩΣΔΕΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΥΣΕΑΥΤΩΙΑΝΑΠΕΜΨΑΙΔ[Ε
Ι ΦΙΣΜΑΤΟΥΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣΠΡΟΣΤΟΝΒΑΣΙΛΕΑΙΝΑΜΕΤΑΤΗΣΕ
[Κ]ΕΙΝΥΓΝΩΜΗΣΣΥΝΤΕΛΗΤΑΙΤΑΕΨΗΦΙΣΜΕΝΑ

vacat

Η ΒΟΥΛΗ
Ο ΔΗΜΟΣ
ΚΛΕΩΝΑ
ΣΤΡΑΤΑΓΟΥ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ

vacat

Ad supplendas lacunas monendum est, valde inaequabilem esse scripturam.

Aeginam insulam inde ab anno fere 210 a. Chr. n. in ditione regum Pergamenorum fuisse constat (Polyb. 22, 11; cf. titulos Pergamenos n. 47 et 49). Regnante Eumene praefectum Aeginae fuisse Hicesium quendam Ephesium novimus e titulo Megarensi C. I. G. Sept. I, 15; Cleo noster postea munere functus est, cum non solum sub Eumene sed sub eius etiam successore Attalo secundo insulae praeesset (vs. 37 sq.): hi igitur sunt reges, qui vs. 25 et 29 designantur. Cleo cum Aeginae sit moratus annos sedecim (vs. 6 sq.) mortuusque rex Eumenes anno 159 a. Chr. n., eius praefecturae apparet antiquissimos esse fines annos 174 et 158, recentissimos 160 et 144, ut titulus noster necessario inter annos 158 et 144 sit exaratus. Vulgari eum esse dialecto conceptum, sed recentiorem n. 2 Dorica, non est quod miremur, nam populiscitum nostrum ad regem, ut probaretur, erat mittendum (vs. 51 sq.), conformatus igitur est sermo ad eius consuetudinem, nam reges Pergamenos *κοινήν* semper adhibuisse constat e titulis eorum.

Haud recte Boeckh periisse censuit praescripta in alio lapide exarata. Vs. 6—9 supplevit Boeckh. Vs. 7. 8 »*πραγματική* est *ars negotiorum gerendorum*« idem. Equidem *πρ.* ut adiectivum coniunxerim cum *εὐταξίας*: »*exemplum moderationis et in re publica gerenda et in vita privata*«. — Vs. 10 *κ]α̈́[ν* debetur Dielesio: »*neque recedere volens a recta via, etiam cum licebat*«. — Vs. 11 extr. supplevit Rangabé. — Vs. 14 persaepe lapidem contemplatus mox ΟΜΟΝ mox ΟΝΟΝ mihi visus sum cernere, sed M denique verisimilius esse duxi; item se inter M et N fluctuasse confessus est Adolfus Wilhelm, qui a me rogatus locum »*ich weiſs nicht wie oft*« se inspexisse scribit. Ad verba *κατὰ τὰ προστάγματα καὶ τοὺς νόμους* cf. papyrum Parisianum apud Grenfell, *Revenue laws* p. 177 vs. 6 sq. *κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ διαγράμματα καὶ τὰ προστάγματα καὶ τὰ διορθώματα*. — Vs. 15 *ὅπως* supplevi vestigia servata secutus. — Vs. 17 dimidium prius, in quo valde differunt priores, recte me et legisse et supplevisse pro certo habeo. — Vs. 18. 19 supplevit Boeckh, nisi quod scripsit *ἐνενχθείσας*, quod ad spatium replendum non sufficit. Inde a verbo *ἀγηγοχώς* aberratum est a constructione, cum in vicem genetivi participiorum iam semper usurpetur nominativus. — Vs. 20 supplevi. — Vs. 21 supplevit Boeckh, vs. 28. 29 *ἠξ]ίου*, vs. 30 *δήμωι* idem. — Vs. 32 *καλῶς* Hicks; sub fine *ὥσπερ καί*, vs. 33 *π[ᾶσιν μετά*, vs. 35 *τὸν προσ]τά[την* mea sunt. — Vs. 36—39 supplementa fere sunt Boeckhii. — Vs. 40 scripsi *ἀνα[γορεύειν ταῦτα]* spatii rationem habens. Praesentis erat infinitivus adhibendus, quia haud semel modo Cleonis honores pronuntiandos esse concludere licet e verbis vs. 43 *τῶν ἐν ἀ]ρχεῖ ὄντω[ν*, quae recte constituit Hicks; *ἑ[κάστοτε]* meum est. Nicephoria Aeginetica instituta erant in imitationem Pergamenorum, de quibus exposui ad Inscriptiones Pergamenas n. 167. In ΤΡΑΓΟΔΟΙΣ (vs. 41) erravit lapicida. — Vs. 43 *ἐκ[γόνους α]ὐτοῦ* supplevi. — Vs. 44—50 supplevit Boeckh. *Ἀττάλειον* (vs. 46) est delubrum Attalo primo dicatum, qui cum Aeginam in ditionem Pergamenorum redegisset, hic ut *κτίστης* cultus esse credendus est. Aliud *Ἀττάλειον* in titulo Tei oppidi C. I. G. 3069. — Vs. 51 *καλ]ῶς* ego.

---

2 »Aeginae in ecclesia B. Virginis dicta Βιόλου« Fourmont; e cuius schedis edd. Carolus (Odofredus) Müller, Liber Aegineticorum 136, et Boeckh, C. I. G. 2140. (Franz, Elementa epigr. Graec. p. 236 n. 92.) Le Bas, *Explication d'une inscr. Grecque d'Égine* p. 71 (non vidi) et *Voyage archéol.* II 1689. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3417.)

ΑΠΟΛΙΣΔΙΟΔΩΡΟΝΗΡΑ

corona

ΑΠΟΣΥΝΕΔΡΩΝΚΑΙΤΟΥΔΑΜΟΥΕ
ΤΩΝΠΟΛΙΤΑΝΔΙΟΔΩΡΟΣΗΡΑΚΛ
ΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΑΓΟΡΑΝΟΜΟΣ
ΤΑΡΤΟΝ . . . Ε . ΗΚΟΣΤΟΝΕΤΟΣΤ[/
ΜΕΛΕΙΑΝ . . ΠΟΙΗΤΑΙΤΑΣΑΡΧΑΣ[Α
ΕΓΧΕΙΡΙΣ . . . . . . ΑΥΤΩΙΥΠΟΤΟΥ
ΠΙΣΤΙΟΣ . . . . ΣΙΤΩΝΙΚΟΥΚΑΤ
I]ΕΝΟΥΕΙΣ . . . . ΤΗΡΑΣΟΡΤΟΝ
. ΟΛΕΜΟΝ[Ε] . . . . . ΠΕΙΡΑΤΑΝΕΠΕΙ
Κ[Α Κ]ΑΤΑΤΡΕΧ. . . . .[Ν]ΤΑΝΧΩΡΑΝΑΝ
ΔΕΙΑΣΟΥΣ[ΑΣΔ ΙΕΙΣΕΟΙΛ]
[ΑΡ . ΧΩΝΙΚΑΝΟΝΣ ΙΙ Ρ]
[ΤΟΝ]ΧΡΟΝΟΝ[ΤΟΥΣΔΕΟΜΕΝΟΙΣΔΕ]
[ΠΟΝΩΝΠΟΤΙΤΟΝΔΑ Λ]
. . ΔΥΝΟΝΟ[ΥΔ]ΕΒΛ[ΑΒΑΛΟΥΔΕ . . Λ]
. . ΞΑΛΛ[ΑΠΕΡ ΙΔΕΙΣΤΟΥ Μ]
. . . ΜΦΕΡΟΝΤΟΙΣΠΟΛ [ΠΟΥ]
. . . ΣΟΥΘΕΝΕΝΛΕΙΠΩ[Ν ΤΩΙΒΙ]
. . . . ΠΟ[ΤΙΦΕΡΕΤΑΙΦΙΛ ΝΩΙΩΠΩΣ]
. . Δ]ΑΜ[ΟΣΦΑΝΕΙΡΟΣ ΟΙΣΕ]
. . . ΗΜΩΝ[ΤΟΥΣΑΓ ΑΡ/Σ]
. . . . Ν . . . .
. . . Κ[ΑΤΑΞΙΟΣΤ ΟΧΟΑΙ]
. . . ΣΚΑΙΤΩΙΔΑ[ΣΑΙΔΙ]
. . . ΚΛΕΙΔΑΕ . . . .
. . . ΑΙΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΙ . . . . . . Ο
. . . ΦΑΝΩ[ΣΑΙΑΥΤΟΥ ΣΩΙ]
. . . ΡΥΣΩΝΕΚΑΤΟΝΤΟΔΕΓΕ[ΝΟ]
. . . . ΔΟΤΩΟΤΑΜΙ . . ΚΑΙΑ
. . . ΣΤΕΦΑΝΟΝΕΙΝ[Τ] . ΤΟΙΣΔΙΟ
. . [Ͻ]ΕΙΟΙΣΚΑΙΒΩΜΑ . . Σ . [ΙΘ]ΕΣΘ
. . . ΕΑΠΟΛΛΩΝΙ . . ΤΑΙΡΩΜΑ
. . ΜΕΛΗΤΑΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝ
. . ΗΣΕΤΑΙΤΟΔΕΤΟΨΑΦΙΣ
. . . ΤΑΙΕΙΣΤΟΝΕΠΙΦΑΝΕΙΣΤΑ
. . . ΟΛΙΟΣΠΑΡΑΤΟΑΠΟΛΛΩΝ
. . . ΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑΔΟΤΩΟΤΑ

Ἁ πόλις Διόδωρον Ἡρα[κλείδα.

Ἀπὸ συνέδρων καὶ τοῦ δάμου· ἐ[πεὶ ὑπὸ
τῶν πολιτᾶν Διόδωρος Ἡρακλ[είδα
κατασταθεὶς ἀγορανόμος [τὸ τέ-
ταρτον [καὶ] ἑ[ξ]ηκοστὸν ἔτος τ[ὰν ἐπι-
μέλειαν [πε]ποίηται τᾶς ἀρχᾶς [ἀξίως τᾶς
ἐγχειριτ[θείσας] αὐτῶι ὑπὸ τοῦ [δάμου
πίστιος, [τοῦ μὲν] σιτωνικοῦ κατ[αναλισκο-
μένου εἰσ[φέρων σ]τατῆρας ορ', τὸν [δὲ ὕστατον
π]όλεμον [ἁμῖν τῶ]ν πειρατᾶν ἐπει[σαγόντων
κα[ὶ] κατατρεχ[όντω]ν τὰν χώραν, ἅ[μα δὲ ἐν-
δείας οὔσας δ[ιὰ τὰν] εἰσ[φ]ο[ρ]ὰ[ν μεγίστας (?)
π]αρ[έ]χων ἱκανὸν σ[ῖτον πα]ρ[ὰ πάντα
τὸν χρόνον το[ῖ]ς δεομένοις, [ἀ]ε[ὶ δὲ φι-
λο]πονῶν ποτὶ τὸν δᾶ[μον οὐδένα
κίν]δυνον οὐδὲ βλάβα[ν] οὐδε[μί]α[ν ἀρνούμε-
νος], ἀλλὰ περ[ὶ πλ]είστου [ποιού]μ[ενος τὸ
συ]μφέρον τοῖς πολ[ίταις, σ]πουδᾶς καὶ εὐ-
νοία]ς οὐθὲν ἐνλείπων [ἐν] τῶι βί[ωι ἅπαντι
πᾶσι] ποτιφέρεται φιλ[α]ν[θρ]ώπως· [ὅπως οὖν
ὁ] δᾶμος φανειρὸς [ἦι πᾶσι τ]οῖς ἐ[ν τᾶι πό-
λι] ἁμῶν τοὺς ἀγ[αθοὺς ἄνδ]ρας [τιμᾶν ἐπι-
στάμε]ν[ος καὶ χάριτας αὐτοῖς ἀποδιδόναι
ἀεὶ] καταξί[ω]ς τ[ᾶς ἀρετᾶς· δεδ]όχθαι [τοῖς συνέ-
δροι]ς καὶ τῶι δά[μωι ἐπαινέ]σαι Δι[όδωρον Ἡ-
ρα]κλείδα ἐπί [τε τᾶι ἀρετᾶι καὶ τᾶι εὐνοί-
αι], ἇι ἔχων διατελ[εῖ ποτὶ τ]ὸ[ν δᾶμον, καὶ
στε]φανῶσαι αὐτὸ[ν χρυ]σῶι [στεφάνωι ἀ-
πὸ χ]ρυσῶν ἑκατόν, τὸ δὲ γενό[μενον ἀνά-
λωμα] δότω ὁ ταμί[ας]. καὶ ἀ[ναγορεύεσθαι
τὸν] στέφανον εἴν τ[ε] τοῖς Διο[νυσίοις καὶ Αἰ-
ακ]είοις καὶ [Ῥ]ωμαί[οι]ς [κα]ὶ θ[ύ]εσθ[αι ὑπὲρ αὐτοῦ τῶι
τ]ε Ἀπόλλωνι [καὶ] τᾶι Ῥώμα[ι. τοὺς δὲ ἐπι-
μελητὰς στάλαν λιθίν[αν ποήσασθαι, ἐν ἇι γρα-
φ]ήσεται τόδε τὸ ψάφισ[μα καὶ ἀνασταθή-
σε]ται εἰς τὸν ἐπιφανείστα[τον τόπον τᾶς
π]όλιος, παρὰ τὸ Ἀπολλών[ιον. τὸ δὲ γενό-
με]νον ἀνάλωμα δότω ὁ τα[μίας.

Exemplum repraesentavi Le Basii, cui inserui uncis circumdatas litteras, quas solus praebet Fourmont, nisi quod ex hoc vs. 7 extr., ubi dat ΥΙΟ ΤΟΥ, correxi apertum Le Basii errorem ΥΠΟΥΤΟΥ. — Vs. 9 extr. ΟΙΟΝΟ Fourm. — Vs. 10 de littera uncis inclusa Ε Le Bas habet Ͱ, porro ΤΕΡΑΤΑΝ et vs. 11 sub fine plenius ΑΝ Fourmont, cuius omnes referre discrepantias non opus.

Aetatem tituli Romanam arguunt celebrata Ῥωμαῖα (quae vs. 32 certa ratione restituit Bechtel) et Romae deae cultus (vs. 33). Sed non admodum recentem esse titulum monstrat dialectus Dorica, ac certe cum vs. 10 sq. piratas verum bellum intulisse dicantur insulae, haec scita esse credendum est, antequam Pompeius hanc pestem coerceret. Praebet quidem titulus accuratam aetatis suae notam, cum vs. 4. 5 honoratus anno sexagesimo quarto munere suo functus esse perhibeatur, sed cuiusnam epochae? Incipere eam ab Achaia in ditionem Romanam redacta, anno 146 a. Chr. n., censuit Boeckh, manifesto utcunque de hac aera iudicas errore, nam Aegina usque ad annum 133 regum erat Pergamenorum, neque cum Foucartio (ad Le Bas II 116*a*) ullo modo cogitare licet recepisse Aeginetas aeram, quae nihil ad eos attineret. Mihi quidem certum videtur, ab ipso anno 133 Aeginae computatos esse annos, Diodorum igitur magistratum gessisse anno 69 a. Chr. n.: hoc ipso anno (Ol. 177, 3) Athenodorum piratam Delum insulam Aeginae propinquam invasisse, incolas in servitutem abduxisse, sacra foedavisse traditur a Phlegonte ap. Photium cod. 97.

Latitudinem versuum paullo inaequaliorem apparet fuisse. Editorum priorum Le Basii uti exemplo soli contigit Bechtelio, a quo in quibus recesserim indicabo; e Fourmontii apographo vel Boeckhio restitutio satis procedere non potuit. — Vs. 1 extr. ἐτίμασεν addit Bechtel secutus Boeckhium, quod tamen latitudinem scripturae excedit. Neque recte cum praecedentibus coniungunt vs. 2 ἀπὸ συνέδρων κτλ., quae intelligenda sunt: »decretum quod sequitur a synedris et a populo est scitum«. Porro quod scribunt ἐ[πειδή nimis longum videtur. — Vs. 8 [ὅλου] Bechtel pro [τοῦ μέν]. — Vs. 9. 10 σ]τατῆρας [ἑκα]τὸν (στ. ὀγδώκοντα Müller) [εἰς τὸν | π]όλεμον [καὶ τῶν] πειρατᾶν ἐπει[γόντων Bechtel, de verbis primis ipse dubitans. — Vs. 12 extr. εἰσ[φ]ο[ρ]ὰ[ν τὰν προτέραν Bechtel cum Boeckhio, qui substantivum quidem perbene agnoverat, sed τ. πρ. nimis longum. — Vs. 13 ὑπ]άρχων mire scribit Bechtel, π]αρ[έ]χων iam Müller. — Vs. 16 sq. ἐξιστάμε|νο]ς Bechtel. — Vs. 19 sq. [ἐν] τῶι βί[ωι τοῖς δεομένοις; sed ἅπαντι, quod iam praebet Müller, deesse non potest (similiter dictum τῇ τοῦ βίου παντὸς ἀρετῇ in titulo Laconico *Bull. Hell.* 9, 514) et valde displicent verba τοῖς δ. iterata e vs. 14. — Vs. 21 φανε⟨ι⟩ρός sicut vs. 31 ε⟨ἰ⟩ν, vs. 36 ἐπιφανέ⟨ι⟩στατον scribit Bechtel, ubi tradita »in corruptissimo titulo« iam reiecit Ahrens, Dial. II 190, sed posteriora duo nunc confirmata sunt exemplo Le Basiano, cui fides non abroganda esset, etiamsi quod putat Bechtel manifestum esset eum versum vigesimum septimum non ipsum legisse, sed sine indicatione sumpsisse a Fourmontio, quae tamen suspicio valde infirma. — Vs. 22—24 paullo aliter conformavi. — Vs. 26 inserui τε. — Vs. 31 sq. Mülleri Αἰ|ακ]είοις recepi cum Bechtelio (cf. Scholia ad Pindar. Ol. 7, 156, alia). Ac certe aptissimum est ad spatium. — Vs. 32 [καὶ θύ]εσθ[αι σωτήρια τῶι, vs. 34. 35 λιθίν[αν δόμεν, ἐν ἅι ἀνα|γρ., vs. 35. 36 καὶ στα|θήσεται Bechtel. — Versuum ultimorum mutavi divisiones.

3 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1746.

. . . .
Λ Ο Ι C Π . . . . .
Λ C . Τ . . Δ Є Π . . . . .
Φ Ο Ρ Ο Ι . . Τ . . . .
Λ Λ Ι . Α Ι . . .

Ν Ι Κ Ο Υ Κ Υ Θ Η
Ν . Α Μ Ο Ν Δ Ι
Π Ο C Α Ι C Ν Є Φ Α
Υ Π Α Ρ Χ Ο Ι Α Ν Α
Α Λ Λ Ο Ν
C Υ
Χ
Κ Λ Λ Α Β
Ι Ι Α Χ Ι Ε Ι
Ι Κ Ι Α
Ν

Vs. 1 ἐν δὲ καὶ ἄλ]λοις (?). — Vs. 3. 4 fere - - - τ[οῖς] δὲ π[αραγενομένοις τῶν πολιτῶν σύμ]φορο[ν ἑαυ]τ[ὸν παρέσχε. — Vs. 6—8 fuisse videtur tale quid: δεδόχθαι ἐπαινέσαι τὸν δεῖνα - -]νίκου Κυθή[ριον ἀρετᾶς ἕνεκεν ἇς ἔχων εἰς τὸ]ν [δ]ᾶμον δι[ατελεῖ - - - κ]αὶ σ[τ]εφα[νῶσαι. — Vs. 9 ὑπάρχοι ἀνα -. — Vs. 10 ἄλλον. — Vs. 13 κ[αὶ] λαβ[εῖν (?). — Vs. 15 καὶ εἶμεν αὐτῷ γᾶς καὶ ο]ἰκία[ς ἔγκτησιν.


4 Fragmentum stelae marmoreae, cuius inferior pars insigniter latior erat superiore; ad dextram servatus est margo. A. 0,20. l. 0,22. cr. 0,055 Nunc in museo Atheniensi; Aeginae et in museo fuisse et repertum esse testis est Campanis (apud Cavvadiam, Γλυπτά I p. 32) n. 347: »Θλατμάτιον μαρμάρου ὁλόγραφον (τοῖς ἀλυφομένοις [cf. tituli versus quartum et octavum] κλ. Αἰγ[ίνης]«.

E schedis Virleti *Expédition de Morée* III p. 61 n. 15; inde Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* ² et Le Bas, *Voyage archéol.* II 1694, ille quidem praetervidens titulum iam a se exhibitum esse e schedis Pittakis, qui tribuit Siphno, C. I. G. II 2423*b*. — *Exscripsi* ex ectypo, quod debeo Adolfo Wilhelmo; postea apographum a se confectum misit Prott.

[*Exemplum vide pag. 5.*]

Var. lect. Priorum pravas lectiones praetermitto; Pittakis fortasse paullo pleniorem vidit titulum, cum recte det vs. 3 ΕΙΝΕΚ, vs. 9 extr. ΤΑ, vs. 13 in. ΓΥΜΝΑΣΙ. — Ad vs. 4 extr. adnotat Prott, parvam mediam lineolam sibi videri fortuitam esse, ut ⊏ voluerit lapicida; mihi potius per errorem scriptum esse videtur Ε. — Ad versus decimi initium haec adnotat Prott: »*Vor* Ε *Rest einer senkrechten Hasta, die kaum etwas Anderes als Iota gewesen sein kann*«, ad versum quartum decimum: »*Vor* Α *wahrscheinlich* Κ; *dann eine etwas schräge Hasta, die kaum Iota gewesen sein kann*«; mihi utroque loco videtur fuisse Ν.

Titulus incipiente primo p. Chr. n. saeculo vix videtur recentior. Supplementa posui, quae argumenta certe patefaciant, in paucis praeeunte Boeckhio. — Vs. 6 in quem sensum adhibitum sit ἐσπλάνχνευσεν, quod fuisse in lapide certum duco, non patet.



\- - - - - - - - - - - - - - - -
\- - - - - - - - - - - - - - - - ἐ]κ τοῦ γυμνα-
σίου - - - - - - - - - - - - σ]πουδὴν ε[ἵν]εκεν
\- - - - - - - - - - - - κ]αὶ [τ]οῖς ἀλειφομένοι(ς)
\- - - - - - - - - - - ἀπα]ρχὴν ἐθυσίασεν τῷ τε Ἑρ-
μῆι - - - - καὶ - - ἐσπ]λάνχνευσεν, ποήσας δὲ
\- - - - - - - ἐθ]οίνησε τοὺς ἀλειφομένους καὶ
παρέχων ἀφειδῶς π]άντα τοῖς ἀλειφομένοις παρ᾽ ὅλ-
ον τὸν ἐνιαυτὸν καὶ π]ροεισφέρων τὰ προσενλείποντ[α
τὴν μεγαλομέρειαν φαν]ερὰν ποεῖ, βουλόμενος ἐ[πι-
δεικνύναι τὴν ἑαυτοῦ] εὔνοιάν τε καὶ ἐκτέν[ῆ
φιλανθρωπίαν πλήθει εὐεργ]εσιῶν, καὶ μὴ εὑρισκομέ-
νου μηδενὸς βουλομένου γυμνασι]αρχήσειν τὸν ἐπὶ
τοῦ δεῖνος ἐνιαυτὸν ὑπέστη ἑκὼν] καὶ τῆς τε τοῦ γυμνα-
σίου εὐκοσμίας καὶ τῆς θε]ραπήας τῶν ἀλει-
φομένων σπουδαίως ἐπεμελήθ]η, παρασχὼν τό τε
ἔλαιον - - - - - - -]α τῆς ἑορτῆς τῶι
\- - - - - - - - - - - ἐγενήθη ἡ α.-
\- - - - - - - - - - - - ως δὲ κ[αὶ

5 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1745.

ΑΙ ΣΙΟΧΟΥΙ
ΤΟΤΡΙΚΛΕΙΝΟΝ
ΜΕΝΟΝΟΙΚΟΝ
ΣΕΙ ΛΟΝ
ΟΔΟΜΗΘ
ΜΟ.ΝΤ..Ο
ΚΑΙΤΩ Γ
ΙΛΛ ΑΙ
ΒΟΥΠΟΛ
ΓΡΑΜΜΕΙ
ΟΡΕ

Vs. 1 Γνη- vel Στη]σιόχου (?). — Vs. 2. 3 supplementa addo exempli gratia: κατεσκευάσα]το τρίκλεινον [ἀγάλμασι κεκοσμη]μένον οἶκον, cf. Pollux 1, 79 (μέρη δ᾽ οἰκίας) οἶκος τρίκλινος, πεντάκλινος ἢ δεκάκλινος. — Vs. 5 ὠκ- vel οἰκ]οδομηθ-. — Vs. 7 καὶ τῷ. — Vs. 8 ἀλ[λ]ά (?). — Vs. 10 γε]-γραμμέ[νον. — Vs. 11 ἀναγ]ορε[ύειν (?).

Videtur esse de decreto honorario, fortasse thiasi alicuius.


2. DEDICATIONES.

6 Tabula lapidis cani, iacens in ascensu montis Ὄρος vocati prope aediculam ruinosam τοῦ ἁγίου ἀσωμάτου (i. e. Sancti Michaelis) e lapidibus antiquis aedificatam, de qua conferas Bursian, *Geographie von Griechenland* 2, 84 sq. Titulus scriptus est in margine super planitiem non laevigatam elato; margo superior instructus est canaliculo. A. 0,68—0,70. l. 1,31. cr. 0,46.

E schedis Fourmonti Osann, Sylloge II 86. Stackelberg, *Apollotempel zu Bassae* p. 107. Boeckh, C. I. G. II 2138 (usus Gellii apographo et in Addendis p. 1110 Prokeschii). Mustoxydes, Ἴόνιος Ἀνθολογία I (1834) p. 51. Leake, *Transactions of the R. society of Litterature* II (1834) p. 380. *Expédition de Morée* III tab. 46 n. 4. Rangabé, *Antiquités Helléniques* I (1842) n. 33 e schedis Prokeschii. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1675, tab. 6 n. 5. About, *Archives des missions scientifiques* III 553. R. Schöne, Hermae vol. 5 (1871) p. 308 e schedis Rossii. (Cf. G. Hirschfeld, ibid. 469 et *Archäol. Zeitung* 30 (1872) p. 19, tab. 60, 4.) Röhl, Inscr. antiq. 352 (usus Gustavi Koertei schedis; iterat Röhl, Imagines p. 79 n. 2). Loewy, *Inschriften griech. Bildh.* 448 ex apographo Ioannis Schmidtii, quem confer *Athen. Mitth.* 6 (1881) p. 360. (Cauer, Delectus [2] n. 65. Bechtel, *Dialekt-inschr.* 3408.) Cf. Roscher, Lexicon mythol. I 127, 1. Fick, *Götting. gel. Anz.* 1883 p. 124. *Exscripsi* et confeci ectypum. Imaginem repraesento ad decimam partem verae magnitudinis redactam.

[*Exemplum vide pag. 6.*]

Aliorum sententiis respectis, quae in lapide ipse observaverim simpliciter exponam. Tabulam nostram texisse aram testis est canaliculus, ut id quod se fecisse confitetur Hablio nil nisi ipsa ara esse possit. Ante K nihil unquam scriptum erat; quae reliquiae litterarum hic videri esse possunt, meras esse laesiones elucet e comparatione locorum aliorum, in quibus, quamquam multo magis adesi sunt, scriptura, quae valde erat profunda,




Κωλιάδαις Ἁβλίων ἐποίησε Ἀλτίλλου.

tamen remansit clara. In vocabulo Ἁβλίων Lambda est certum; linea, quae cernitur ad sinistram litterae quintae quaeque litterae Ypsilon procreat speciem (V), mihi videbatur fortuita esse. Post ΕΠΟΙΕΣ spatium satis magnum erat vacuum, quia manifesto lapis iam cum inscribebatur hoc loco profunde erat adesus. Ultimae vocis litterae certae omnes, nisi quod ambigi potest inter *-ίλλου* et *-ίμου*; sed cum spatium interiectum esse inter duo Λ sit certissimum, non est credendum, My voluisse lapicidam. Neque post ΤΙΛΛΟ neque in margine summo deprehenditur vestigium scripturae.

---

7 Columna iacens eodem loco quo n. 6, quam muro aediculae τοῦ ἁγίου ἀσωμάτου inaedificatam anno 1832 reperit G. Finlay. Supra est foramen quadratum, cui inmissa erat basis donarii. L. 1,52; diam. 0,53—0,67.

Leake, *Transact. of the R. society of Litt.* II (1834) p. 380 e Finlayi et Wordsworthi apographis. Mustoxydis, Ἰόνιος Ἀνθολογία I (1834) p. 48. Welcker, Museum Rhenanum 1834 p. 304. Wordsworth, *Athens and Attica* (1836) p. 272. *Expédition de Morée* III tab. 46 n. 5 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2138*d*, usus litteris Prokeschii; ex eiusdem apographo Rangabé, *Antiquités Helléniques* I n. 34. About, *Archives des missions scientifiques* 3 (1854) p. 554. Le Bas, *Voyage archéol.* II tab. VI n. 6. Röhl, Inscr. antiq. 354 et Imagines p. 80 n. 3, usus apographo Gustavi Koertei. Loewy, *Inschr. griech. Bildh.* 410 ex apographo Ioannis Schmidtii. Cf. G. Hirschfeld, *Archäol. Zeitung* 30 (1872) p. 20; I. Schmidt, *Athen. Mitth.* 6 (1881) p. 360 n. 70. (Kaibel, Epigrammata 761. Cauer, Delectus[2] 66. Bechtel, *Dialektinschr.* 3409. Cougny, Anth. Pal. III 1, 64. E. Hoffmann, Sylloge epigr. 315. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 122. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1138.) *Contuli* lapidem et confeci ectypum. Imaginem repraesento ad quintam decimam partem verae magnitudinis redactam.




Prokesch Boeckhio quintum indicaverat versum ΕΠΟΙΕΣΕ, qui neque extat neque extabat, quamquam Schmidt litteras in lapide sibi non conspicuas cernere credidit in ectypo.

Ὅς τόδ' ἄγαλμ' ἀνέθηκε, | Φιλόστρατός ἐστ' ὄνυμ' αὐτῶι· |
πατρὶ δὲ τωι τήνου Δαμο|φόων ὄνυμα.


---

8 Fragmentum lapidis pori infra incolume, repertum Aeginae, a Bludoff legato Russiae a. 1865 donatum societati archaeologicae Atheniensi, e cuius inventario (n. 200) excripsi: in hoc adiectum est a Cumanude: »Πρβλ. ἓν ἄλλο τεμάχιο ἐπιγραφῆς τοιαύτης παρὰ τῷ *Ross* ἐν *Archäol. Aufsätze* I σελ. 243 [i. e. titulus noster n. 9]«; sed non esse eiusdem lapidis litterarum altitudine monstratur longe diversa. Nostrum enim in museo Atheniensi invenit Prott, qui misit ectypum. A. 0,10. l. 0,17. cr. 0,118. Litterae exhibentes coloris rubri residua a. 0,03.



E spatio ad sinistram vacuo verisimile est nos tenere initium tituli. Οἰν- fuerit de nomine dedicantis.

9 Fragmentum lapidis pori, repertum in ruinis templi Minervae, ubi exscripsit Ross, qui edidit *Kunstblatt* 1837 p. 321 = *Archäol. Aufsätze* I p. 243, adnotans litteras aequare longitudinem digiti. (Röhl, Inscr. antiq. 367, usus diario Rossii, in quo et ipse vidi. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 129, V.)



Lectio incerta. »M]ειδί[ας], [Φ]είδι[ππος sim.« Röhl.

10 Ara parva, supra et infra cymatio ornata; latus superius paullulum cavatum. A. 0,10. l. 0,06. cr. 0,07. Aeginae in domo quadam. *Exscripsi.*

Η Ρ Ω Ν
ꓶ Ε Ρ Α Ι Ι Ω Ι

Ἥρων
Περ(γ)ά[μ]ωι.

Non video quomodo versum alterum interpretari velis, nisi unam litteram per lapicidae neglegentiam omissam esse censeas. Aetati dominationis Pergamenae conveniunt litterarum formae, atque tunc temporis Pergamum heroa, de quo exposui ad inscriptionem Pergamenam n. 289, Aeginae cultum esse consentaneum est, praesertim cum Pyrrhi filius, Achillis creditus sit nepos, origo igitur eius ducta sit ab Aeaco, Aeginae nymphae filio, quem in insula cultum esse constat, vide supra ad n. 2 vs. 31 sq. Aram nostram aut in Aeaci aut in Attali regis delubro (vide n. 1 vs. 46) putaverim collocatam fuisse.

---

11 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1683.

Δ Ι Ι Κ Α Ι Α Θ Η Ν Α Ι
Τ Ε Μ Ι Δ Ι   Ν Ι Κ Ε Τ Ο Υ

Διὶ καὶ Ἀθηνᾶι [καὶ
Ἀρ]τέμιδι Νικ[ή]του
[χαριστήριον].

Restitutionem proposui.

12 Ara parva rotunda marmorea, ornata sertis, a. 0,16. diam. 0,11—0,13. Athenis in museo publico.

Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* n. 761. Sybel, *Skulpturen zu Athen* n. 3712.

Δ Ω Ρ Ο Ν

Δῶρον scilicet »deo oblatum«, ut e. g. C. I. Att. II 1571*b* (p. 351); *Bull. de corr. Hell.* 21 (1897) p. 130 n. 15, p. 132 n. 17, p. 134 n. 23. Omissum est nomen eius qui dedicavit adicere in ara quae praeter id perfecta apud marmorarium prostiterat.

---

13 Aeginae in prima carceris (olim orphanotrophei) area. Basis quadrata marmoris alba, cum foramine magno rotundo ad inmittendam statuae plinthidem. A. 0,78. l. 0,72. cr. 0,78.

Campanis p. 11 n. 2. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 25 e schedis Trézelii. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 9. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1709.) *Contuli.*

Χ Α Ρ Ι Κ Λ Ε Ι Α Α Ρ Ι Σ Τ Ο Κ Λ Ε Ι Δ Ο Υ
Φ Ο Ι Ν Ι Σ Σ Α   Ε Ρ Ι Τ Ι Μ Ο Υ
Κ Α Λ Λ Ι Μ Α Χ Ο Σ Κ Α Λ Λ Ι Μ Α Χ Ο Υ

Var. lect. Vs. 1 in. Κ Trézel; Χ recte Le Bas, sed non eum vidisse lapidem arguit Alpha litterae forma Α, quam retinet.

Χαρίκλεια Ἀριστοκλείδου,
Φοίνισσα Ἐριτίμου,
Καλλίμαχος Καλλιμάχου.

---

3. TITVLI HONORARII.

14 Basis quadrata marmoris caerulei, a. 0,86. l. 0,52. cr. 0,47. Aeginae in domo Βαρδία, ubi reperta est. In latere superiore vestigia statuae. Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης (Πρόγραμμα τοῦ ἐν Αἰγίνῃ ἑλληνικοῦ σχολείου 1892—1893) p. 16. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, p. 335.) *Exscripsi.*

Ο Δ Η Μ Ο Σ
Γ Α Ι Ω Ι Ν Ω Ρ Β Α Ν Ω Ι
Φ Λ Α Κ Κ Ω Ι
Τ Ω Ι Ε Α Υ Τ Ο Υ Π Α Τ Ρ Ω Ν Ι
Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ //Ξ Τ Η Ι

Ὁ δῆμος
Γαΐωι Νορβανῶι
Φλάκκωι,
τῶι ἑαυτοῦ πάτρωνι
καὶ εὐεργέτηι.

Vix dubium est quin honoratus sit C. Norbanus Flaccus is, qui consul a. u. 716 aliquanto post pugnam Actiacam Asiae praefuit (cf. Prosopographia imp. Romani II p. 415 n. 435; Waddington, *Fastes* n. 50): Aeginae moratus esse aut proficiscens in provinciam suam aut ex ea decedens est credendus.

---

15 *Expédition de Morée* III p. 61 n. 18 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 4.) Le Bas, *Voyage archéologique* II 1700*a*.

Ο Ρ Α Κ Α Ι Σ Α Ρ Α Λ̄ Α Υ Ρ Η Λ Ι Ο Ν Β Η
- Ο Υ C Ι Α C Τ Ο Δ̄ Α Υ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Α Τ Ο Β̄ Υ
\ Δ Ρ Ι Α Ν Ο Υ Υ Ι Ω Ν Ο Ν Θ Ε Ο Υ Τ Ρ Α Ι Α Ν Ο Υ Π Α Ρ

Varia lectio Virleti: vs. 1 deest Λ || vs. 2 extr. ΤΟΚ, omissa littera ultima Υ || vs. 3 extr. ΠΑΓ.

Αὐτοκράτ]ορα Καίσαρα Λ(ούκιον) Αὐρήλιον Βῆ[ρον Σεβαστὸν Ἀρμενιακὸν δημαρχικῆς ἐξ]ουσίας τὸ δ', αὐτοκράτορα τὸ β', ὕ[πατον τὸ β', θεοῦ Ἀντωνείνου υἱόν, θεοῦ Ἁ]δριανοῦ υἱωνόν, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρ[θικοῦ ἔκγονον - - -

E Le Basii exemplari corrigi potuit restitutio Boeckhii. — Annus tituli est 164 p. Chr. n.

16 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1700.

ϽNC
ONONΘEC
POYAAΓ
HꟺOC

\- - - - - - - -
Θεοῦ Ἀντωνίνου υἱων]όν, [Θε-
οῦ Ἁδριανοῦ ἔκγ]ονον, Θεο[ῦ
Τραϊανοῦ καὶ Θεοῦ Νέ]ρουα ἀ[πό-
γονον, ἡ βουλὴ καὶ ὁ δ]ῆμος.

Sic haec restituenda esse videntur e spatii ratione, ut designetur imperator Commodus.

---

17 Aeginae in portu, ubi inserviebat ad naves adligandas, a. 0,30. l. 0,70. *Expédition de Morée* III p. 61 n. 17 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 3. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1701.)

AYTΘKPAΓOPAKAI
ΣAPAMAYPHΛION
ANTωNЄINONCЄBACTON
ΔCЄΠTIYIOYIΘYNPΘYL
ΠΘBT

Αὐτοκράτορα Καί-
σαρα Μ(ᾶρκον) Αὐρήλιον
Ἀντωνεῖνον Σεβαττὸν
Θεοῦ] Σεπτι[μ]ίου υἱόν, Θ[εο]ῦ [Ἀν-
[τωνείνου υἱωνόν κτλ.

Vs. 4. 5 »non intelligo. Vs. 4 coniicias Σεπτι[μ]ίου [υἱό]ν, ut titulus referatur ad Caracallam: sed videtur potius aliud inesse« (Boeckh). Mihi quidem certa videtur restitutio; vs. 4 Virlet, cuius non hic solus titulus arguit socordiam, pro YIONΘEOY praebens IΘYNPΘY ordinem tantum turbavit litterarum, lecto pro E, quod in lapide detrito facile fieri potuit, P et iuxta Θ omisso O.

---

18. 19 Tabula marmorea in partes duas fracta, a. 0,18. l. 0,62. cr. 0,55. Reperta dicitur a. 1829 in templo Veneris, nunc est in carceris Aeginetici (olim orphanotrophei) area altera. In parte antica titulus n. 18, in latere sinistro n. 19.

N. 18 *Expédition de Morée* III p. 61 n. 13 ex apographo Trézelii, C. Lenormanti, Virleti. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1695.

N. 19 *Expédition de Morée* III p. 61 n. 14 bis repraesentatus, ex apographo et Lenormanti et Virleti. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1702.

Titulus n. 19*a*, qui deest in opere de Expeditione Moreotica, e schedis Pittakis editus est a Boeckhio, C. I. G. II add. 2140*a* 5 (ubi e schedis iisdem et ex Expeditione etiam n. 18 et 19) et a Le Basio, *Voyage archéol.* II 1693. *Exscripsi n. 18 et 19.*

18 HBOYΛHKAIOΔHMOΣ
NEIKOΣTPATONEΠAΦPOΔEITOY
YIONAPETHΣENEKEN

19 ΓONꟺCΓICTONKAIΘЄIΩTATONAYTOKPATOPAꟺ
IOYΛIONII////////////////////////////////Є////IЄYTYXHCЄBACTON
HIЄPA ΠOΛIC AIΓЄIN ωN

19*a* HIEPAΠOΛIΣAIΓЄNHTΩN

Var. lect. N. 19 vs. 1 ΘЄIO priores, sed Ω vitiose scriptum in lapide || vs. 2 IOYΛIONΦ...........CЄBHЄYT etc. Le Bas, IOYΛΘΓ... Virlet, IOYMO... Lenorm. || vs. 3 AIΓЄINЄωN Le Bas, AIΓЄINHTωN Pitt. et Lenorm., AIΓΘNITωN Virlet.

18 Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
Νεικόστρατον Ἐπαφροδείτου
υἱόν, ἀρετῆς ἕνεκεν.

19 Τὸν μέγιστον καὶ Θει(ό)τατον αὐτοκράτορα Μ(ᾶρκον)
Ἰούλιον [Φ]ί[λιππον εὐσ]ε[βῆ], εὐτυχῆ, Σεβαστὸν
ἡ ἱερὰ πόλις Αἰγειν[ητ]ῶν.

19*a* Ἡ ἱερὰ πόλις Αἰγε[ι]νητῶν

Nicostrati statua (n. 18) postea imperatoris Philippi personam (n. 19) agere iussa est. Titulus n. 19*a*, cum a Le Basio e Corpore inscriptionum eum petitum esse appareat, solius Pittakis nititur fide, atque multo verisimilius est hominem neglegentissimum tituli n. 19 versum tertium casu quodam in schedis suis iteratum pro tertio titulo vendidisse, quam litteras, quae in latere lapidis dextro collocatae sint, et a Gallis et a me esse praetermissas.

N. 19 versum alterum supplevit Boeckh, recte sine dubio, nam quamquam de littera Φ, quam post editam Boeckhii restitutionem cernere totam sibi visus est Le Bas, ex hoc testimonio minime constat, tamen in verbum Φίλιππον optime quadrant et vestigia et spatium, atque eiusdem imperatoris nomen sicut in titulo nostro consulto erasum praebent tituli Latini, vide Dessau, Inscr. Lat. selectae I 505. 508. 509. — Vs. 3 Le Basii lectio Αἰγεινέων, quod in lapide non fuisse certo monstrat lacunae spatium non uni sed duabus litteris aptum, timeo ne profecta sit a Stephano Byzantio s. v. Αἴγιναι· ὁ πολίτης Αἰγινεύς, ὡς Στράβων, quae verba pendent e prava lectione apud Strabonem p. 398*C* Αἰγινεῖς pro Αἰγιλεῖς; cf. notam Meinekii ad Steph.

20—23 Fragmenta quattuor, in loco sub nosocomio sito, qui *Vardia* dicitur, in muris.

N. 20—23 Le Bas, *Revue archéol.* 1844 p. 103; n. 20—22 idem, *Voyage archéol.* II 1698.

20
ΛIωIIKΛI
ΘETHN T
NTIΠATPON
ΛIKAIIOBAI
IYЄ

21
NΠANTA
IABIOYTO
ΛI⁻POΦ

22
XIЄPЄA
ЄBAC

23
PIC

Var. lect. N. 20 vs. 1 ΛIωICΛΛI *Revue.*

20 Vs. 1 - α]ίω[ν] (sive ἐκ τῶν ἰδ]ίω[ν) καί; vs. 2 ἀγωνο]Θέτην; vs. 3 Ἀ]ντίπατρον.

21 Vs. 1 - ν πάντα; vs. 2 δ]ιὰ βίου τό; vs. 3 κ]αὶ [π]ρόφ[ασιν οὐδεμίαν(?).

22 ἀρ]χιερέα | [Σ]εβασ[τῶν.

Quot lapidum haec sint fragmenta, diiudicari nequit. N. 21 fuisse etiam potest decretum; n. 23 plane ambiguum.

---

24 Basis magna marmoris albi, a. 1,27. l. 0,31. cr. 0,36, supra et infra cymatio ornata. Aeginae, in area altera carceris. *Exscripsi.*

Δ ΞAIΓEIN////
//
E //
//
Ψ B

Ὁ] δ[ῆμος] Αἰγειν[η-
[τῶν - - - - -
\- - - - - - -
\- - - - - - -
Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Quin eundem titulum exhibeat Le Bas, *Voyage archéol.* II 1692, vix est dubitandum:

.....A..ΣAIΓEIΔ
E....Ω
Δ
Ψ B

---

25 Le Bas, *Voyage archéologique* II 1691.


KAIOΔHꟺOC

Ἡ βουλὴ] καὶ ὁ δῆμος.

26 Lapis inaedificatus turri a Venetis prope portum exstructae. Infra tituli antiqui reliquias inscriptio a. MDCXCIII insculpta. Chandler, *Travels in Greece* cap. IV p. 15. (Müller, Liber Aegineticorum 195. Boeckh, C. I. G. II 2141. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1690.)

Ο Δ Η Μ Ο Σ — Ὁ δῆμος.

27 Aeginae in demarchio. Tabulae marmoreae fragmenta duo contigua, quorum margo superior et inferior servatus, a. 0,44. l. 0,44. cr. 0,005. Litterae versuum primi et secundi a. 0,06, tertii 0,07—0,03. *Exscripsi.*



δικα(?)]ιοτατο –
κατὰ τὴ(ν) Ἀσίαν
ἔτε]σιν κ΄ (?) Θεμιστ- (s. Θεμιστ-).

Monendum est quater pro Λ scriptum esse Λ, verisimiliter igitur in versu secundo ΙΙ pro Η est sumendum. Rationem tituli litteris permagnis eleganter exarati non perspicio, sed videtur esse honorarius. Aeginae eum repertum esse non constat.

28 Repertum Aeginae in litore, sub fine fossae a »templo Veneris« ductae. A. 0,40. l. 0,68.

Expédition de Morée III p. 61 n. 16 ex apographo Trézelii et Virleti. Inde et e schedis Pittakis Boeckh, C. I. G. II add. 2143*f*. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1687.

Η Λ Ι Ο C Δ Ι Ο Ν Υ C Ι Ο C	Αὐρ]ήλιος Διονύσιος
Π Α Τ Η Ρ	πατήρ,
\ Ι Ο C Δ Ι Ο Ν Υ C Ι Ο C	Αὐρή]λιος Διονύσιος
Δ Η Ш Ο Θ Ο Ι Ν Η C Α C	δημοθοινήσας.

Var. lect. Vs. 1 in. ΙΛΙΟC *Expéd.* Pitt., unde vs. 1 et 3 Α]ἴλιος scripsit Boeckh.


Subscriptum id erat statuis patri et filio coniunctim positis, illi certe ideo, quod pecuniam ad largitionem filio dederat.

4. TITVLI CLERVCHORVM ATTICORVM.

(Cf. etiam n. 67. 72.)

29 Aeginae in museo stela marmorea reperta in portu satis longe ante a. 1893. Locus modo tituli diligentius levigatus. A. 0,66. l. 0,225. cr. 0,17. Litterae a. 0,015—0,02.


Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 8 n. 4. Ectypum et dilineationem debeo Prottio. Repraesento imaginem ad quintam partem verae magnitudinis redactam.



[Ὅ]ρος
τεμένους
Ἀθηναίας.

30 Stela marmorea, a. 1,10. l. 0,23. cr. 0,175. Litterae a. 0,035 (Θ: 0,015). Reperta est a. 1888 recta in solo, sustenta lapidibus rudibus, eodem loco, ubi antiquitus collocata erat, Ἀσώματον dicto, qui in itinere ad Minervae templum situs ab urbe dimidiam fere horam abest. Nunc in demarchio.

Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1888, 36. (S. Reinach, *Revue archéol.* 1888, XI, 361; id., *Chroniques d'Orient* 1883—1890 p. 448. Harrison, *Journal of Hellenic studies* 9, 1889, 132.) Wolters, *Athen. Mitth.* 14, 1889, 115. Cf. Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 8 adn. 8. *Exscripsi* et ectypum confeci. Repraesento ad quintam partem verae magnitudinis redactam.




Ὅρος
τεμένους
Ἀθηναίας.

Vs. 1 Ϝορος dat Δελτ.

31 Tabula marmoris Pentelici inaedificata Aeginae aediculae S. Athanasii, quae a Minervae templo eunti ad urbem quartam fere horae partem abest. Altitudo lapidis 1,6, inscriptionis 0,11, litterarum 0,04. In inferiore lapidis parte titulus extat novicius, referens de aediculae, quae vetustissima est, constructione mutata.

Expédition de Morée III p. 59 n. 8. (Boeckh, C. I. G. II add. 2138*c*.) Wordsworth, *Athens and Attica* alterius editionis p. 327. Ross, *Kunstblatt* 1837 p. 321 = *Archäol. Aufsätze* I p. 244. Le Bas, *Revue archéol.* 1844, p. 100; id., *Voyage archéol.* II 1678, tab. VI n. 8. Kirchhoff, C. I. A. I 528 ex apographis Rossii et Schoellii, IV p. 123 ex apographo Lollingii, quod repraesentamus.




Ὅρος
τ]εμένους
Ἀθηναίας.

Var. lect. Vs. 1 ΗΟΡΟΣ Le Bas, *Voyage*; litteram ultimam plenam Σ dat Ross. || vs. 3 ΑΘΑΝΑΙΑΣ Le Bas, *Revue*.

32 Stela Aeginae in ecclesia τοῦ Ἁγίου Χαραλάμπους, quae in Παλαιᾷ χώρᾳ in collis Δραγονέρα dicti ascensu ad orientem spectante sita est, supra portam. A. 1,0. l. 0,235. cr. 0,175; litterarum altitudo fere 0,025.

Boeckh, C. I. G. I 526 e Fourmonti schedis (inde Kirchhoff, C. I. A. I 528. Wolters, *Athen. Mitth.* 14, 1889, 115.) Le Bas, *Revue archéol.* 1844, 101 sq. ex ipsius apographo, sed *Voyage archéol.* II 1677, tab. VI n. 7 idem e Corpore inscriptionum repraesentavisse titulum est credendus. Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 9 n. 5. — Ectypum debeo insigni Iriotis liberalitati. Repraesento ad quintam partem magnitudinis redactam.



Ὅρο[ς
τεμένους
Ἀθηναίης.

Var. lect. Vs. 3 extr. AΣ Le Bas, *Revue* falso.


Fourmont titulum extare adscripsit »circa fines Athenarum in ecclesia Sancti Χαραλαμποῦ«, in quo de urbe tantum erratum esse vel Woltersium fugit. Verum iam ante Iriotem indicaverat Le Bas. Iam apparet non recte probavisse Kirchhoffium coniecturam Rossii eundem esse titulum n. 32 atque n. 31.

Quattuor termini n. 29—32 cum neque in verbo τεμένους neque in nomine deae dialectum praebeant Doricam, sed, si unum excipis titulum n. 32, eam adhibeant nominis divini formam quae Atheniensium erat propria, certo — quod de n. 31 statuit Kirchhoff — omnes sunt positi, cum cleruchi Athenienses tenebant insulam, inter Ol. 87, 4 et 93, 4. Tituli autem n. 32 lapicida putandus est Ionicae fuisse originis. De Sigma litterae forma, quae est in n. 29, adnotavi ad n. 33—38.

---

33 Stela marmoris albi, cuius modo inscripta pars levigata est, a. 1,075. l. 0,225. cr. 0,22. Reperta est non multo ante a. 1893 in regione insulae Μιτόκαμπος dicta in puteo fundi, cuius possessor est Spyridon Moractis, ibique a. 1896 servabatur; nunc in museum est transportata (v. ephemerida Atheniensem Ἄστυ, 1898 m. Aug. d. XIII).

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 5 n. 1. *Exscripsi.*



Ὅρος
τεμένους
Ἀπόλλων-
ος, Ποσει-
δῶνος.

Lapidem intuenti manifestum est, versus ultimos tres, quorum litterae reliquis sunt minores, postea additos esse.

---

34 Fragmentum stelae e marmore albo, teste Iriote aequalis atque n. 33 laboris, a. 0,55. l. 0,235. cr. 0,195. Inaedificatum in angulo septentrionali aediculae τῶν Ἀσωμάτων sitae in regione Μαραθῶνι dicta.

Wordsworth, *Athens and Attica* 1836 p. 273. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1680, tab. VI n. 10. Iriotis l. l. p. 5 n. 2.

H O R O S	Ὅρος
T E M E N O S	τεμένους
Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ο Σ	Ἀπόλλωνος,
Π Ο Σ Ε Ι Δ Ω Ν Ο Σ	Ποσειδῶνος.

Cum litteram Sigma diversis exaratam esse formis diserte testetur Iriotis, hic quoque nomina deorum postea sunt addita. Wordsworth quamquam quater exhibet formam Σ, certe eundem reddidisse titulum est putandus, extare enim eum dicit »*in the church of St. Michael*«, is autem archangelus vocatur ὁ ἅγιος ἀσώματος (cf. Bursian, *Geographie von Griechenland* 2, 84 sq.). Lapis teste Iriote nunc est laesus; in versus primi initio dat Ͱ, in versu quarto extr. intra uncos ponit ος.

---

35 Fragmentum stelae e marmore albo, a. 0,75. l. 0,26. cr. 0,17. Le Basio teste a. 1844 inserviebat ad limen portae; nunc iacet in propatulo ecclesiae ruinosae τῆς Κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου, quam etiam Παναγία Φορίτισσα vocant incolae, in regione Πλάστρᾳ, quae in Παλαιᾶς χώρας parte septentrionali sita est.

Boeckh, C. I. G. I 527 ex schedis Fourmonti, qui »Athenis in limine ecclesiae B. Virginis Ἀγάνη« esse dixit, et Gellii, qui Aeginae recte tribuit. (Inde Le Bas, *Voyage archéol.* I, *Attique* 269. Kirchhoff ad C. I. A. I 528.) Le Bas, *Revue archéol.* 1844 p. 102. Iriotis l. l. p. 6 n. 3.

H O R O S	Ὅρος
T E M E N O	τεμένου[ς
Α Π Ο Λ Λ Ω Ν	Ἀπόλλων-
Ο Π Ο Σ	ο[ς], Ποσ[ει-
Δ Ω Ν Ο Σ	δῶνος.

Titulum detritum esse testatur Iriotis, cuius exemplari inserui, quae priores plura exhibent, nisi quod in versu altero extr. ΟΣ Fourm., qui recentiorem litterae Sigma formam dat etiam vs. 1 extr. Et hic vs. 3—5 aperte postea additi.

---

36 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1681, tab. VI n. 12.

	[Ὅρος
Α Π Ο Λ Λ	[τεμένους
Ο Π Ο Σ	Ἀπόλλ[ων-
Δ Ω Ν Ο Σ	ο[ς], Ποσ[ει-
	δῶνος.

Congruit in versuum distributione cum n. 33, a quo tamen titulo necessario hic est diversus, cum Le Basii aetate ne pars quidem illius, postea in puteo reperti, visibilis fuisse sit credenda.

---

37 Marmor caeruleum, Aeginae insertum supra portam ecclesiae episcopalis.

Le Bas *Revue archéol.* 1844, 102; id. *Voyage archéol.* II 1679, tab. VI n. 9.

H O P O S	Ὅρος
I E M E N O S	τ]εμένους.

---

38 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1681, tab. VI n. 11.

H O R O S	Ὅρος
T E M E N O ˋ	τεμένου[ς.

Termini n. 33—38 cum sicut praecedentes n. 29—32 formam adhibeant Atticam τεμένους, et ipsi inter Ol. 87, 4 et 93, 4 positi sunt a cleruchis. Lapides n. 37 et 38 crediderim ad idem pertinuisse delubrum Apollinis et Neptuni commune atque n. 33—36, sed illos casu quodam praetermissos esse, cum in reliquis adderentur nomina deorum. Notatu digna est forma litterae Sigma vetusta Ϟ, quam deprehendis in n. 29 et in seriei alterius versibus duobus prioribus qui quidem servati sunt omnibus, cum in alio monumento Attico publico id Sigma post Ol. 82, 2 non iam occurrat (cf. Kirchhoff, *Studien*[4] 94). Tantum vero rationi palaeographicae erit tribuendum, ut statim post occupatam insulam instituisse terminationem sacrorum Athenienses sumamus.

39 Pars inferior tabulae marmoreae reperta in templi Minervae pronao, nunc Monaci in glyptotheca. A. 0,495. l. 0,24; infra spatium vacuum centimetrorum 22,5.

Wagner, *Bericht über die Aeginetischen Bildwerke* 1817 p. 77 cum Schellingii interpretatione Germanica. Carolus (Odofr.) Müller, Liber Aegineticorum 1817 p. 160 e schedis Thierschii. Cockerell, *The temple of Jupiter Panhellenius* 1860 p. 21; e schedis Cockerelli dudum ediderat Walpole, *Travels* 1820 p. 570 n. 36. Boeckh, C. I. G. II 2139, adhibens praeter schedas Creuzeri Thierschii Spengelii formam gypseam. *Expédition de Morée* III tab. 54 n. 13. (Franz, Elementa epigr. Graec. p. 152 n. 57.) Brunn, *Beschreibung der Glyptothek* ed. 4 p. 99 n. 76. (Hicks, *Manual of historical Greek inscriptions* n. 60.) *Contuli* musei Regii formam gypseam (Friederichs-Wolters n. 87).

Ι Ι Ι Ω Ι /   Ι Ι⁝Α Λ Υ
‑ Ε⁝ΙΙ⁝Σ Ι Δ Η Ρ Ι Α Ε Ξ Ο Π Η Σ⁝ΙΙΙΙ⁝
Κ Α Ρ Κ Ι Ν Ω⁝ΙΙ⁝Ξ Υ Λ Ι Ν Α Τ Α
Δ Ε Ε Ξ Α Λ Ε Ι Π Τ Ρ Ο Ν⁝Ι⁝Κ Ι Β
Ω Τ Ο Ι⁝ΙΙΙ⁝Ι Κ Ρ Ι Α Π Ε Ρ Ι Τ Ο Ε
Δ Ο Σ Ε Ν Τ Ε Λ Η Θ Ρ Ο Ν Ο Σ⁝Ι⁝
Δ Ι Φ Ρ Ο Σ⁝Ι⁝Β Α Θ Ρ Α⁝ΙΙΙΙ⁝Θ Ρ Ο Ν
Ο Σ Μ Ι Κ Ρ Ο Σ⁝Ι⁝Κ Λ Ι Ν Η Σ Μ Ι
Κ Ρ Α⁝Ι⁝Β Α Θ Ρ Ο Ν Α Ν Α Κ Λ Ι Σ
Ι Ν Ε Χ Ο Ν⁝Ι⁝Κ Ι Β Ω Τ Ι Α Μ Ι Κ
Α Ρ Α⁝ΙΙΙ⁝Β Α Θ Ρ Ο Ν Υ Π Ο Κ Ρ Α Τ
Η Ρ Ι Ο Ν⁝Ι⁝Κ Ι Β Ω Τ Ι Ο Ν Π Λ Α
Τ Υ⁝Ι⁝Ε Ν Τ Ω Ι Α Μ Φ Ι Π Ο Λ Ε Ι
Ω Ι Τ Α Δ Ε Χ Α Λ Κ Ι Ο Ν Θ Ε Ρ Μ
Α Ν Τ Η Ρ Ι Ο Ν⁝Ι⁝Χ Ε Ρ Ο Ν Ι Π Τ
Ρ Ο Ν Ι⁝Φ Ι Α Λ Α⁝ΙΙ⁝Π Ε Λ Ε Κ Υ Σ⁝Ι⁝
Μ Ο Χ Λ Ο Σ⁝Ι//⁝Μ Α Χ Α Ι Ρ Ι Α⁝ΙΙΙ⁝
‘ Λ Ι Ν Α⁝ΙΙ⁝*vac.* Χ Α Λ Κ Ι Ο Ν Ε Γ
Λ Ο Τ Η Ρ Ι Ο Ν⁝Ι⁝Α Ρ Υ Σ Τ Ι Χ Ο
Σ⁝Ι⁝Η Θ Μ Ο Σ⁝Ι⁝

vacat

- - - - - - - - Ι, ἀλύ-
ση ΙΙ, σιδήρια ἐξ ὀπῆς ΙΙΙΙ,
καρκίνω ΙΙ. Ξύλινα τά-
δε· ἐξάλειπτρον Ι, κιβ-
ωτοὶ ΙΙΙ, ἰκρία περὶ τὸ ἕ-
δος ἐντελῆ, θρόνος Ι,
δίφρος Ι, βάθρα ΙΙΙΙ, θρόν-
ος μικρὸς Ι, κλίνη σμι-
κρὰ Ι, βάθρον ἀνάκλισ-
ιν ἔχον Ι, κιβώτια μικ-
⟨α⟩ρὰ ΙΙΙ, βάθρον ὑποκρατ-
ήριον Ι, κιβώτιον πλα-
τὺ Ι. Ἐν τῶι ἀμφιπολεί-
ωι τάδε· χαλκίον θερμ-
αντήριον Ι, χειρόνιπτ-
ρον Ι, φιάλα ΙΙ, πέλεκυς Ι,
μοχλὸς Ι, μαχαίρια ΙΙΙ,
κ]λίνα ΙΙ, χαλκίον ἐγ-
λούτηριον Ι, ἀρύστιχο-
ς Ι, ἠθμὸς Ι.

Indicem hunc suppellectilis in templo Minervae collacatae et ipsum pertinere ad curam sacrorum, quam cleruchos Atticos in se recepisse testes nobis iam fuere tituli n. 29—38, docet dialectus. Scriptum igitur esse titulum constat ante Ol. 93, 4, quamquam orthographia — exceptis modo vs. 2 in. ΣΕ, vs. 15 ΧΕΡ, vs. 19 ΛΟΤ — iam est vulgaris. Ad quam rem explicandam Boeckhius sacerdotes Atticos aliquamdiu post pugnam ad Aegospotamos commissam in insula remansisse et Euclidis demum anno tradidisse templi supellectilem statuit, sed hac coniectura minime sane veri simili non opus esse una monstrat prytanum in ipsa Attica dedicatio C. I. A. I 338, Ol. 93,1 litteris vulgaribus scripta.

Ratio tituli ea erat, ut primum enumerarentur res in ipso templo asservatae secundum materiem divisae: e qua parte tenemus indicis rerum ferrearum finem et lignearum totum. Tum vs. 13—20 enumeratur supellex in ἀμφιπολείῳ collocata, quod vocabulum alias ut videtur non occurrens Schelling lepide vertit »*in der Sacristei*«.

Vs. 1. 2 scripsi ἁλύση, quamquam Blass (Kühner, *Ausführl. Gramm.* I p. 441 adn. 4) controversiam de terminatione dualis substantivorum in ις et υς desinentium, de qua non sibi constent grammaticorum et codicum testimonia, dicit »inscriptionibus« — sed nostram solam afferre potest — disceptatam esse pro ει, qua de re relegat ad Meisterhansium, *Grammatik d. Inschr.* p. 108, qui (adn. 993) η loco nostro legi posse negat, quia litteratura sit Ionica — singulari sane errore, nam Attica est scriptura, in qua Ε et ει designare potest et η. — Vs. 2 σιδήρια ἐξ ὀπῆς »clathros fenestrae« interpretatur Boeckh, addens »dictum est ἐξ ὀπῆς, quod quattuor haec ferramenta dempta ex fenestra erant, cuius illa clathros constituebant«. — Vs. 8—10 inconstantiam in scriptura μικρός et σμικρός notat Boeckh. — Vs. 9 »βάθρον ἀνάκλισιν ἔχον est gradus s. sellula humilis cum ligno postico ad reclinandum« (Boeckh); Müller aequat vocabula κλισμός, δίφρος ἀνάκλιτος, ἀνακλιντήριον. — Vs. 14 sq. χαλκία θερμαντήρια adnotat Boeckh recurrere in traditione Attica C. I. G. 161 (= C. I. A. II 689), ubi verba eadem laudat e Pollucis onomastico 10, 66. — Vs. 19. 20 »ἀρύστιχος et ἠθμός ad craterem pertinent, crater ipse haud dubie in templi aereis vasis recensitus erat; basis eius lignea habetur vs. 11« (Boeckh).

5. SEPVLCRALIA.

De origine lapidum sepulcralium eorum, qui olim in museo novae Graeciae communi a. 1829 Aeginae constituto congregati erant, disputavi dissertatione »*Epigraphisches aus Aegina*« inserta actis academiae Regiae anni 1897, maxime adiutus indice, quem a Leontio Campane, eius musei primo antistite, a. 1832 absolutum publici iuris fecit P. Cavvadias in praefatione catalogi musei Atheniensis (Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ μουσείου I 1890—1892). Sed pars haud exigua remanet monumentorum musei olim Aeginetici, quae ubi reperta sint vel hodie nescimus: horum titulos, cum aptior eis in thesauris academicis locus tribui posse non videatur, huc inserui, sed ne fallatur lector cruce (†) ante numerum notatos.

A. INSTRVMENTA SEPVLCRORVM EMPTORVM.

40 In ostio sepulcri e terra saxosa excavati (vide de sepulcris Aegineticis Iriotem p. 10 sq.) in regione Μιτοκάμπῳ prope aediculam τοῦ Ἁγίου Τρύφωνος. In litteris coloris rubri vestigia servata sunt.

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 11. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)

Α Ρ Ι Σ Τ Ο Π Ε Ι Θ Η Σ
Ε Υ Η Θ Ι Δ Α Ε Π Ρ Ι Α Τ Ο
Π Α Ρ Μ Ν Α Σ Ι Τ Ε Λ Ε Ο

Ἀριστοπείθης
Εὐηθίδα ἐπρίατο
πὰρ Μνασιτέλεο[ς.

41 In sepulcro regionis eius, quae a pulchra ecclesia *τῶν Ἁγίων Θεοδώρων* appellatur Ὄμορφη (s. Εὐμόρφη) Ἐκκλησία (cf. Iriotis p. 12), rubro colore adpictus est titulus parietibus duobus: postico (quinque passus lato) initium, dextro s. septentrionali (lato passus septem et dimidium) reliqua inde a verbo καί. »*Les lettres sont grandes de deux pouces, très-belles et très-régulières et indiquent les premières Olympiades après Euclide.*«

Rangabé, *Antiquités Helléniques* II 2013. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3419.)

ΓΑΡΚΛΕΟΔΙΚΟΥΤΟΥΑΓΕΜΑΧΟΥ|ΚΑΙΜΕΛΑΙΝΙΔΟΣΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣΕΓΡΙΑΤΟ

Πὰρ Κλεοδίκου τοῦ Ἀγεμάχου καὶ Μελαινίδος Ἡρακλείδας ἐπρίατο.

B. TITVLI SEPVLCRALES PVBLICI.

42 Stela marmoris albi aetomate instructa, inmissa muro antico aediculae τῆς Παναγίας Ἐλεούσης, sitae in regione dicta Κοντός. A. 0,61. l. 0,21. Versus duo ultimi inscripti sunt coronae oleariae.

Le Bas, *Revue archéol.* 1844 p. 99; idem, *Voyage archéol.* II 1705. Io. Schmidt, *Athen. Mitth.* 6, 1881, 360. Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 15.

Μ Ο Μ Μ Ι Ο Σ
Θ Ε Ο Ξ Ε Ν Ο Υ
Χ Α Ι Ρ Ε
Α ΡΙΣ Τ Ω Δ Ι
ΚΑΙΟΓΕ Ν ΟΥ
ΧΑΙ ΡΕ

In corona:
ΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ

Μόμμιος
Θεοξένου,
χαῖρε.
Ἀριστὼ Δι-
καιογένου,
χαῖρε.

Ἡ βουλὴ
καὶ ὁ δῆμος.

Var. lect. Vs. 3. 4 ΑΡΙΣΤΩΝ|ΚΛΕΟΓΕΝΟΥ Le Bas, *Voyage*, quamquam verum dederat in editione priore.

---

43 Campanis p. 21 n. 171: Ἀνάγλυφον ὀχὶ καλὸν μάρμαρον μεγάλον, ἔχον ἐπιγραφήν: »Δημώναξ Πύῤῥου χαῖρε«. Ἐλήφθη ἐκ τῆς οἰκίας τῆς κυρίας Βαρθελεμῆ Ἀθηνᾶς -- τὴν 4. Φεβρουαρίου 1831. — Le Bas, *Voyage archéol.* II 1706 sic exhibet:

Δ Η Μ Ο Ν Α Ξ
Π Υ Ρ Ρ Ο Υ
Χ Α Ι Ρ Ε

In tribus coronis:

Η Β Ο Υ Λ Η
Κ Α Ι Ο Δ Η Μ Ο Σ

Μ Η
Λ Ο . . . . . Φ Ι Λ Ο Ι
Α Ι

Aeginae in demarchio vidi tabulae marmoreae partem inferiorem (a. 0,75. l. 0,46. cr. 0,10), in qua in area cavata repraesentatur vir stans, sinistra tenens volumen; ad sinistram ei adstat parvus puer, dextram ad pectus promovens, demissa sinistra tenens vas olearium; ad dextram est herma. Infra coronae tres, in quibus tituli:

Η Β Ο Υ Λ Η
Κ Α Ι Ο Δ Η Μ Ο C

Ο Ι
\ Τ Α Ι

Ο Ι Γ Υ Μ
Α C Ι ᴗ Ο Ι Λ C
‾ Λ Ι

Quin idem sit hic lapis, magis quidem nunc mutilatus, atque exhibent Campanis et Le Bas non dubito, ut legendum sit:

Δημῶναξ
Πύῤῥου·
χαῖρε.

Ἡ βουλὴ
καὶ ὁ δῆμος.

Οἱ - - -
θι]α[σῶ]ται.

Οἱ [ἐκ] γυμ[ν-
ασίο[υ] θιασ[ῶ-
τ]αι.

In servatis quamvis multum a meis differre videatur Le Bas, tamen proclives eius sunt in lapide detritissimo errores: in corona secunda quod dat ΛΟ, revera erat ΑC; in tertia ΜΗ dedit pro ΜΝ et ΦΙΛΟΙ pro ΘΙΑCC.

---

44 Stela marmorea olim Aeginae in museo, nunc Athenis. Supra mutila; inferior pars (m. 0,12) ad inmittendum impolita. A. 1,03. l. in inferiore parte 0,435, in superiore 0,425. cr. 0,065.

Campanis p. 21 n. 175. Apographum Rossii extat in diario anni 1837. Le Bas, *Voyage archéol.* I 390 (inter Atticas) et II 1707. Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* n. 164. Sybel, *Skulpturen zu Athen* n. 3622. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3423.) *Exscripsi* ex ectypo, quod debeo Adolfo Wilhelmo, postea apographum a se confectum misit Prott.

Ε Υ Α Μ Ε Ρ Ο Σ
Α Γ Ν Ο Θ Ε Μ Ι Δ Ο Σ
Χ Α Ι Ρ Ε

In corona:
Η Β Ο Υ Λ Η

In altera corona:
Ο Ο Ι Α
Σ Ο Σ
Ο Φ Α Ι Ν Σ
Μ Α Χ Ο Υ

Εὐάμερος
Ἁγνοθέμιδος·
χαῖρε.

Ἡ βουλή.

Ὁ θίασος
ὁ Φαιν(ε)μάχου.

Lapicidae error facilior erat e ΦΑΙΝΕ quam e ΦΑΙΝΟ. Epsilon falso dat Ross.

---

45 Campanis p. 22 n. 176. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1697.

In corona:
Η Β Ο Υ Λ Η
Κ Α Ι Ο
Δ Η Μ Ο C

In altera corona:
Ο Ι Є Κ Τ Ο Υ
Γ Υ Μ Ν Α C Ι Ο Υ

Μ Є Ν Ι Π Π Ο Ν
Θ Ε Ο

Ἡ βουλὴ
καὶ ὁ
δῆμος

Οἱ ἐκ τοῦ
γυμνασίου

Μένιππον
Θεο - -

Huc posui et hunc titulum et n. 46 propter similitudinem cum n. 42—44. Sed sepulcrales eos esse non plane constat.

46 Fragmentum stelae, supra et infra fractae, a. 0,28. l. 0,42. cr. 0,10. Titulus uterque circumdatus est corona laurea. Repertum Aeginae in aedicula christiana prope portum Periboli, nunc Athenis in museo publico.

Le Bas, *Expédition de Morée* III p. 61 n. 12 e schedis Trézelii. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a*.) Le Bas, *Voyage archéol.* II 1696. *Exscripsit Fredrich; contuli.*

a	*b*
In corona laurea:	*In corona laurea:*
HBOYΛHKAI	OIEKTOYΓYM
OΔHMOΣΣTE	AΣIOY
ΦANIΦPAΣI	ΣTEΦANIΦPA
ΣΘENHN	ΣIΘENHN


a	*b*
Ἡ βουλὴ καὶ	Οἱ ἐκ τοῦ γυμ-
ὁ δῆμος στε-	(ν)ασίου
φανῖ Φρασι-	στεφανῖ Φρα-
σθένην.	σι(σ)θένην.

Tris in titulo *b* peccavit lapicida: iterans vs. 3 ex *a* singularem *στεφανῖ*, omittens vs. 2 in. litteram N (falso a Le Basio exhibitam) et vs. 4 Σ. Cf. quae adnotavi ad n. 45.

C. TITVLI SEPVLCRALES PRIVATI.

a. TITVLI METRICI.

47 Lapidis oblongi fusci, fracti in partes duas, quattuor lateribus valde profunde insculptus est titulus. A. 0,15. l. 0,58. cr. 0,11. Repertus est prope ecclesiam τοῦ Ἁγίου Τρύφωνος in cella sepulcri; a. 1896 erat in urbis Aeginae taberna quadam vinaria. *Exscripsi* et confeci extypa. Imaginem repraesento ad decimam verae magnitudinis partem redactam.




De ordine versuum per se non constat, nam licet manifesto sit mortui nomen id quod caret articulo, Hermaeus, et a latere *a* et a *b* incipere potest inscriptio, ut cum a latere *b* et dextrorsum et sinistrorsum liceat procedere, triplex data sit facultas legendi: 1) Σᾶμα τόδε | Ἑρμαίου | τοῦ Κυδονίκου | τοῦ Ἀγρίτα. 2) Ἑρμαίου | σᾶμα τόδε | τοῦ Ἀγρίτα | τοῦ Κυδονίκου. 3) Ἑρμαίου | τοῦ Κυδονίκου | τοῦ Ἀγρίτα | σᾶμα τόδε. Tamen rectam esse apparet constitutionem eam quam primo loco posui; casui enim tribuere nolis, quod sic efficitur hexameter dactylicus (nisi quod Κυδονίκου versui inseri non poterat nisi correpta syllaba tertia), sicut metrice concepti sunt tituli Aeginetici reliqui, in quibus occurrit σᾶμα τόδε: n. 48 et 49.

Ingeniosam coniecturam benigne mecum communicavit Adolfus Kirchhoff: scribendum esse Κυδωνικοῦ, quod adiectivum derivatum a Cydonia Cretae urbe (cf. Theocrit. 7, 12), postquam capta sit ab Aeginetis Ol. 65, 2 = anno 519 a. Chr. n. (Herodot. 3, 59), ut cognomen sit usurpatum. Quam sententiam quamvis speciosam quominus certam credam me impedit, quod talis cognominis adhibiti a Graecis exemplum mihi quidem non est notum. Patris fuisse nomen potius credi potest Κυδωνικός, si paullo post annum 519 is natus et infans mortuus est Hermaeus, sed verisimilius duco titulum sexto saeculo non esse recentiorem.

Invertit lapicida litteras Epsilon (vs. 1. 2) et Kappa (bis vs. 3); ad interpungendum adhibuit lineam cum punctis duobus coniunctam vs. 1 et, quod insolitum, inter articulum eiusque substantivum vs. 4.

48 Lapis canus (»*delischer Granitstein*« Ross, non marmor, ut ait Röhl), cuius latus scriptum paullisper concavum; olim Aeginae, nunc in museo Atheniensi. A. 0,33. l. 0,45. cr. 0,09. Litterae tinctae erant colore rubro.

Rossii apographum extat in diario anni 1835. *Expédition de Morée* III p. 59 n. 3. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 6.) Rangabé, *Antiquités Helléniques* 1, 4. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1714. Röhl, Inscr. antiq. 356 et Imagines inscriptionum p. 80 n. 4. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3411. Cauer, Delectus[2] n. 67, 2. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 124.) *Contuli* et confeci ectypum. Repraesento redactum ad decimam partem verae magnitudinis.



Ἐγδήλ|ου τόδε |σᾶμα.

»Initium hexametri dactylici« (Boeckh).

49 Tabula e poro exhibens formam trianguli, cuius in lateribus duobus scriptus est titulus. Reperta a. 1854.
Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. n. 2649 e Logotiadis et Kentistis apographis. (Röhl, Inscr. antiq. 362. Kaibel, Epigr. Graeca 188. Bechtel, *Dialekt-inschr.* 3414. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 127 *c*. E. Hoffmann, Sylloge epigr. Graec. 67.)

ΤΟΔΕΣΑΜΑΤΟΚΥΠΡΙΟ
Μ Ι ΜΟΔ ΙΟ Τ
Ε ΠΕΘΕΚΕ


ΓΛΕΥΚΙΤΑ
ΤΟΣΑΛΑ
ΙΜΟΣΜΕ

Γλευκίτα | τόδε σᾶμα τοῦ Κυπρίου | τοῦ Σαλα|μ[ινί]ου.
Διότ|ιμός με ἐπέθηκε.

Emendavit Bücheler apud Kaibelium. — Vix recte metro medelam quaerens τὸ Κυπρίου scripsit Bechtel.

---

50 Athenis in museo. A. 0,31. l. 0,53. cr. 0,07. Versus singuli inter lineas.
Kirchhoff, *Monatsber. d. Akad.* 1873, 265 ex ectypo; ex eodem Röhl, Inscr. antiq. 368 (et Imagines inscr. p. 80 n. 9) indolem scripturae acute incisae et bene servatae non accurate reddens. (Kaibel, Epigr. Graeca 22. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 128. E. Hoffmann, Sylloge epigr. Graec. 66.) Cfr. Fick, *Götting. gel. Anz.* 1883 p. 123. *Contuli* et confeci ectypum. Repraesento imaginem ad quintam partem verae magnitudinis redactam.



Χαίρετε οἱ παριό|ντες· ἐγὼ δὲ Ἀντιστά|της ὑὸς Ἀτάρβου
κεῖμαι | τεῖδε θανών, πατρίδα | γῆν προλιπών.
Ἀντιστάτης | Ἀθηναῖος.

Suspicatur Kirchhoff, praescriptum fuisse lapicidae Χαίρετέ μοι κτλ. — Vs. 3 Η a se omissum postea inculcavit lapidarius.

---

51 Stela sepulcralis Petropoli in museo *Ermitage* dicto. In area pilis inclusa sub arcu repraesentatur herma viri imberbis, iuxta quam vir stans, infra amictus dextra tollit globum, demissa laeva tenet aliquid, ut videtur volumen. Ad alterum hermae latus sedet puer nudus, tenens strigilem et discum. Tituli litterae parvae sunt, sed profunde incisae.
Stephani, *Bulletin hist. de l'académie de St. Pétersbourg* 9, 273 = *Mélanges gréco-romains* 1, 193. (C. Keil, Philologus 9, 1854, 173. Kaibel, Epigr. Graeca 112. Cougny, Anthol. Pal. III 2 n. 327 p. 144.) Latyschew, *Athen. Mitth.* 10, 1885, 113 (cuius exemplar itero).

ΑΝΤΙΟΧΗΘΕΜΙΣΩΝΟΣΑΕΘΛΟΦΟΡΟΝΚΟΝΙΣΗΔΕ
ΚΕΥΘΕΙΔΩΔΕΧΕΤΗΠΑΙΔΑΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΑ
ΟΣΒΟΥΛΑΝΚΑΙΘΑΡΣΟΣΕΧΩΝΙΣΟΜΩΝΥΜΩΙΑΝΔΡΙ
//ΟΝΗΣΚΕΙΤΗΝΜΟΙΡΩΝΟΥΠΡΟΦΥΓΩΝΔΥΝΑΜΙΝ

Ἀντιοχῆ Θεμίσωνος ἀεθλοφόρον κόνις ἥδε
κεύθει δωδεχέτη παῖδα Θεμιστοκλέα,
ὃς βουλὰς καὶ θάρσος ἔχων ἴσ' ὁμωνύμωι ἀνδρὶ
θ]νήσκει τὴν Μοιρῶν οὐ προφυγὼν δύναμιν.

Var. lect. Vs. 3 Stephani Iota mutum omittit, quod clarum esse testatur Latyschew.

Vocis q. e. ἕτος aspirationis (vs. 2) alia exempla congessit G. Meyer, *Griech. Grammatik* [3] p. 327.

---

† **52** Fuisse in museo Aeginetico testis est Rossius, e cuius diario habeo. Tum Athenis erat in Theseo.
Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 614. (Kaibel, Epigr. Graec. 124.) Dittenberger, C. I. A. III 1329 ex apographis Rossii, Velseni, Michaelis.

ΘΕΜΙΣΩΝ·ΠΟΣΙΛΛΗΣ
ΚΑΙΚΛΥΤΟΥ·ΠΑΙΣ
ΠΑΜΜΕΝΟΥΣ

Θεμίσων Ποσίλλης | καὶ κλυτοῦ παῖς | Παμμένους.

Pittakis cum referat: μετεκομίσθη ἐκ τοῦ Πειραιέως, lapidem in eis apparet fuisse, qui, cum e museo Aeginetico Athenas transportandi erant, remanebant in portu; cf. *Epigraphisches aus Aegina* p. 11.

53 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1704. (Kaibel, Epigr. Graeca 271. Cougny, Anthol. Pal. III 2 p. 175 n. 509.)

ΟΥΚΕΤΙΚΗΡΟΚΟΧΥΤΟΙϹΙΚΑΤΟΥΡΕΑΤΕΡΠΟΜΕΑΥΛΟΙϹ
ΠΗΚΤΙΔΟϹΟΥΤΑΝΤΡΟΙϹΟΥΔΕΝΔΡΕϹΙΝΥΨΙΠΕΤΗΛΟΙϹ
ΗΧШΔΟΥΦΙΛΕШΟΥΤΕΡΠΟΜΕΑΓΡΟΝΟΜΟΙϹΙΝ
ΑΝΔΡΟϹΔΕΙΘΥΔΙΚΟΥΠΟΘΕШΝΠΕΡΙΚΑΛΛΕΑΕΡΓΑ
ΑΜΠΕΛΙΟΥϹΚΙΡΤШΚΑΙΤΕΡΠΟΜΑΙΕΝΘΑΚΕΜΟΥϹΑΙ
ΕϹϹΤΑϹΙΤΕΡΠΟΜΕΚΑΙΠΛΑΤΑΝΟΙϹΚΑΙΥΔΑΤΙΟ...

Οὐκέτι κηρο⟨κο⟩χυτοῖσι κατ᾽ οὔρεα τέρπομε αὐλοῖς
πηκτίδος, οὔτ᾽ ἄντροις, οὐ δένδρεσιν ὑψιπετήλοις,
ἠχῶ δ᾽ οὐ φιλέω, οὐ τέρπομε ἀγρονόμοισιν·
ἀνδρὸς δ᾽ εἰθυδίκου ποθέων περικαλλέα ἔργα
Ἀμπελίου σκιρτῶ καὶ τέρπομαι, ἔνθα κε Μοῦσαι
ἕσστασι τερπόμε[ν]αι πλατάνοισ[ι] καὶ ὑδατίο[ισι].

Verba constituit Kaibel, qui adnotat »epigramma recentissimum videtur pastor quidam iuvenis in Ampelii senioris amici mortem scripsisse«.

---

54 »Prope Aeginam urbem, non longe a molis aquariis versus septentrionem, in area domus privatae« (Welcker). Postea erat Athenis in turre Andronici, nunc verisimiliter latet in museo.

Welcker, Museum Rhenanum 1845 p. 265 n. 43 e schedis Ulrichsii litteris minusculis. (Kirchhoff, C. I. G. IV 9302.) Kaibel, *Bulletino d. inst.* 1873, 249 maiusculis »quantum quidem legi poterat«. (Kaibel, Epigr. Graec. 421. Cougny, Anthol. Pal. III 2 p. 212 n. 721.)

† ΤΥΤΘΟΝΙϹ..·.......ΟΤΟΥ
ΦѠΤΟϹ ΛΙ
ΚΑΙϹΦЄ...ΓιΝΤΟΚЄѠΝ
ΠΑΥΙ ΠΑ//ΑΙΙΠΙΗΝ
ΑΛΛЄΜΠΗϹΨΥΧΗΜЄΓΑ
ΓΗΘЄϹ / ΥΑΛΥΓΡΑ
ΚΑΙΓΟЄΡΑϹΠΑΓΙΔΑϹ
ΠΡ//ΥΦΥΓΟΝΑΜΠΛΛΚΙΗϹ †
ЄΤЄ\ЄΙѠЄΙΙΙΙΔϹΥΛΙΙΤΟΥΘΥ
Ι...ΛΗ꞉ΙΛ//ΡΙΚΙΑΜΑΠΡΗΛΙ·
ΙΝΔΒΟΥϹΑЄ ΤϹ //////S

† Τυτθὸν γευσαμένη βιότου | φωτὸς ἐνθάδε κεῖμαι |
καὶ σφετέρων τοκέων | παῦσα παραιφασίην. |
ἀλλ᾽ ἔμπης, ψυχή, μέγα || γήθεο· δίκτυα λυγρὰ |
καὶ γοερὰς παγίδας | προὔφυγον ἀμπλακίης. †

Ἐτελειώθη ἡ δούλη τοῦ θεοῦ
Μαρία ἡ καὶ Πατρικία μ(ηνὸς) Ἀπρηλ(ίου) ι΄,
ἰνδ(ικτίωνος) β΄, οὖσα ἐτῶν ϛι΄.

Exemplo Kaibelii adpōsui transscriptionem, quam dedit Welcker, duobus quos indicabo locis emendatam.

»Aetas tituli et indictionum usu et versuum indole definitur, qui quidem tales sunt, quales post saeculum p. Chr. n. sextum in Graecia procudi non potuerunt. Pertinet igitur ad saecula quintum sextumve.« Kirchhoff, qui idem correxit in versu sexto Welckeri lectionem γῆθε, ὅ. — Vs. 11 ultimo loco Welcker edidit ἐτῶν στ΄, qui numeri sensu cassi auxilio apographi Kaibelii (qui ipse eos quidem in Sylloge sua iterat) certa ratione emendari poterant. Sedecim annorum erat mortua; altero loco quod in lapide erat Ι sumptum est pro Τ.

---

b. TITVLI SERMONIS PEDESTRIS QVARTO SAECVLO ANTIQVIORES.

55. 56 Ex Logiotatidis apographis Gerhardo missis Kirchhoff, *Studien*³ p. 101. (Röhl, Inscr. antiq. 351, qui »in parietibus sepulcri subterranei« fuisse titulos adnotat, ut videtur e Logiotatidis schedis. Idem, Imagines inscr. p. 79 n. 1. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 119).

55
ΤΑϤΚΞΜΕΜ
ΛΤΙΜΙΟΦ

Μ[ε]νεκράτ[ης,
Φοῖνιχ[ς.

56
ΕVΡVΜΑΤΟS
ΝΛΙΙΑΙΟΦ

Εὐ[ρ]ύμ[α]χος,
Φοῖ[ν]ι[χς.

Lectio est Kirchhoffii.

57. 58 Sepulcrum saxo inmissum, inter carcerem (olim orphanotropheum) situm et molam vento motam, a carcere ad orientem versus, clausum est lapidibus duobus, quorum n. 57 (a. 1,14. l. 1,77. cr. 0,25) titulum continet in latere angusto; lateri ipsi inscripto adiacebat n. 58 (a. 0,55. l. 1,60. cr. 0,25), cuius titulus erat in latere inferiore. Lapides patet vetustiores ad sepulcrum, quod a. 1878 effossum erat, adhibitos esse.

Ex apographis Gustavi Koertei et Loeschckii Röhl, Inscr. antiq. 363. Ipsis *Koertei* schedis uti potui.

57 ΑΡΓΕΙΟ — Ἀργείου.

58 ΕΠΑΙΝΕΤΟ — Ἐπαινέτου.

---

59 In ostio sepulcri ἐν Μιτοκάμπῳ, prope aediculam τῆς Ἁγίας Παρασκευῆς.

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 11. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)


ΑDΙS — Ἀρισ[τ--


60 In sepulcro sito in vico Φάνταδον nomen mortui bis (vel compluries?) scriptum: et in arca et ἐπὶ τῶν πλευρῶν τοῦ στομίου.

Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 11. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)

ΤΕΛΕSΤΑ — Τελέστα.

61 Le Bas, *Voyage archéol.* 1703, tab. IV n. 1.





Προσσαρίδων.

Sepulcrale fuisse monumentum videtur e delineatione Le Basii, quam iterandam curavi.

---

62 Lapis repertus in horto Tzapsi. A. 0,61. l. 1,16; litterae altae esse dicuntur 0,16 (non necessario per errorem pro 0,016; cf. magnitudinem litterarum n. 65. 66).

Expédition de Morée III p. 59 n. 4 ex apographo Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140*a* 7. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1713. Röhl, Inscr. antiq. 357. Cauer, Delectus [2] n. 67, 1. Bechtel, *Dialektinschr.* 3412. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 125.)

A P I S T O Λ A I Δ A — Ἀριστολαΐδα.

Formas litterarum exhibet A et Σ *Expéd.*

---

63 »Aeginae in sepulcro subterraneo; exscripsit Logiotatidis et cum Gerhardo communicavit«.

Röhl, Inscr. antiq. 358. (Cauer, Delectus [2] n. 67, 3. Bechtel, *Dialektinschr.* 3413. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 125 *b*.)

S O M E Δ E O S — Σωμήδεος
E M I — εἰμί.

---

64 Repertum in sepulcro. Litterae altae 0,02.

Rangabé, *Antiquités Helléniques* 2, 368. (Röhl, Inscr. antiq. 353. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 121.)


⊗ E O I Ε — Θεο . ε - -
Θ E D O N O S — Θήρωνος.

---

65 In pariete sepulcri reperti a. 1899 in vico *Stu Scrumbuzi* ab urbe ad septentriones sito. Litterae permagnae, altae circa 0,15. Apographa miserunt *Iriotis* et *Prott.*

A D † E S T D A T O | 5 — Ἀρχέστρατο[ς.

66 Lapis porus repertus inter sepulcra in regione eadem in qua n. 65. A. 0,90. l. superne 0,35; infra 0,32. Litterae altae 0,10. Apographa miserunt *Iriotis* et *Prott*, quem conferas *Athen. Mitth.* 24, 1899, 258 adn. 2.




Θεώ.

Incolumem esse titulum diserte testatur Prott, qui legere vult Θεοῦ, quod, cum constare scripserit non fuisse aram, quomodo intellegendum sit non video. Manifesto lapis indicabat sepulcrum mulieris, cuius nomen Θεώ etiam C. I. A. II 1788.

---

67 Aeginae in museo fragmentum lapidis pori circumdati margine millimetros septem elato. A. 0,18. l. 0,16. cr. 0,09. *Exscripsit Prott.*



Γλαυκ(?)]έτης.

Quin sepulcrale fuerit vix dubitandum. — Propter terminationem ης tribuendum est clerucho Attico; de Σ adnotavi ad n. 33—38.

---

68 Titulus insculptus parieti sepulcri prope τὸν Ἅγιον Τρύφωνα. A se exscriptum Aeginae benigne mihi dedit Iriotis.

⊕ E D — Θήρ[ων s. Θήρ[ωνος.

---

69 Titulus insculptus parietibus duobus contiguis sepulcri prope τὸν Ἅγιον Τρύφωνα: parieti orientali litterae primae tres, septentrionali reliquae. A se exscriptum mihi dedit Iriotis.

S O M O | D Ǝ Θ — Θήρωνος.

---

70 Iu porta sepulcri.


Expédition de Morée III p. 62 n. 21. (Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *q*. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1712. Röhl, Inscr. antiq. 364. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* n. 123, III.)

E V T V X O — Εὐτύχου.

---

† **71** Lapis porus in museo Atheniensi, a. 0,30. l. 0,39; litterae altae 0,10.

Schoenwaelder, *Erinnerungen aus Griechenland* (Brigae 1838) p. 152. *Expédition de Morée* III p. 59 n. 5 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2140 *a* 10.) Le Bas, *Voyage archéol.* II 1715. Röhl, Inscr. antiq. 361 et Imagines inscr. p. 80 n. 8. (Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* 127 *b*.) Cf. C. Keil, Analecta epigr. et onomatol. 165. *Contuli lapidem.* Repraesento ex ectypo ad decimam verae magnitudinis partem redactum.



Χοῖρ-
ος.

Aeginae in museo anno 1836 vidit Schoenwaelder.

72 Tabula marmoris Penteleci in museo Atheniensi.

Campanis p. 32 n. 346. Mustoxydis, Ἡ Αἰγιναία 1831 p. 189 n. 10. Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 144 n. 207 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 3.) Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 275. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1934. Rangabé, *Antiquités Helléniques* 1535. Kumanudis, Ἀττικῆς ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 754. Koehler, C. I. A. II 2275 (cuius exemplar itero).

ΗΓΗΣΙΠΠΟΣ	Ἡγήσιππος
ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΥ	Κηφισοδώρου
ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ	Λαμπτρεύς.

Aeginae inventum esse lapidem ait Campanis, Salamine Mustoxydis, quorum testium in universum maiore fide dignum se praestabat prior. Titulus, si — quod igitur multo verisimilius duco — est Aegineticus, designat sepulcrum cleruchi Attici, ut anno 405 a. Ch. n. sit vetustior. — Lapis cum e museo olim Aeginetico a. 1837 Athenas transportandus erat, obrutus est in Piraeo ibique a. 1839 denuo repertus. Cf. *Epigraphisches aus Aegina* p. 15 n. 12 et *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 158 n. 12.

73 Fragmentum lapidis pori.

Campanis p. 11 n. 4. *Expédition de Morée* III p. 59 n. 7. (Boeckh, C. I. G. II add. ad 2140 *a* 10.) Le Bas, *Voyage archéol.* II 1743. (Röhl, Inscr. antiq. 366. Bechtel, *Dialektinschr.* 3415. Roberts, *Introduction to Greek epigraphy* n. 129, IV.)

ΔΑΜΟ	Δαμο - -

A dat *Expéd.*

c. TITVLI SERMONIS PEDESTRIS RECENTIORES.

† **74** Athenis in museo; confiscatum erat Aeginae a. 1834. Stela ornata aetomate et acroteriis, a. 0,57. l. 0,29. Repraesentatur mulier sedens aetatis provectae, ante quam stat parva puella.

Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1003. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 29 n. 5. Le Bas, *Voyage archéol.* 1947. Kekulé, *Theseion* 221. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 564.

ΑΓΑΘΟΚΛΕΑ	Ἀγαθόκλεα
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ	Ἀντιπάτρου
ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΙΧΡΗΣΤΗ	Ἱεροπολεῖτι χρηστή·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

75 Anaglyphum.

Memorat Campanis p. 32 n. 339. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 43 ex Pittakis schedis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1991.

ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ	Ἀγαθοκλῆς
ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ	Ἀγαθοκλέος·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

Var. lect. Vs. 2 prius Α omittit Le Bas. || extr. ΕΟΥΣ Pitt.

76 Anno 1829 repertum in sepulcro.

Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *b* e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1711. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3420.)

ΑΙΓΙΩΝ	Αἰγίων.
ΦΙΛΑΕΠΙΚΡΑΤΗΑϹ	Φίλα Ἐπικρατήας.

Αἰγι(ο)ν φίλα Ἐπικρ. suspicatus est Boeckh; sed subintellegendum fuerit ἀπελεύθερος, quam vocem docuit Mommsen (Ephem. epigr. 7, 451) omitti solere in titulis Romanis Graece redditis, in quibus non se continere hunc usum monstrabo ad dedicationes Aesculapio oblatas in sedilibus stadii Epidaurii.

† **77** Olim Aeginae in museo. Anaglyphum marmoris albi, a. 0,40. l. 0,195. Teste Virletio repraesentatur infans manu tenens aliquid, quod petens assultat canis parvulus.

Expédition de Morée III p. 41 n. 66 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 182 n. 263 ex apographo Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 45 ex schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 2028.)

ΑΜΜΩΝΑΕΟΝ	Ἄμμων [Δ]έον[τος
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ	χρηστ(έ)· χαῖρε.

Var. lect. Vs. 1 in. AM omittit Pitt. || extr. ΑΓΟΝ Pitt. ΑΕΟΝ Virlet. Restitui. Nimis a traditis videtur recedere, quod vs. 1 probante Boeckhio coniecit Le Bas: Ἀμμων[ίδι]ον.

78 Tabula lapidis pori, l. 0,75.

Campanis p. 14 n. 75. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 31 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *c* e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1735.)

ΛΠΛΤΗ	Ἀπάτη
ΕΠΙΚΤΗ	Ἐπικτή-
ϹΙΔΟϹ	σιδος,
ΕΤΩΝΠ	ἐτῶν π'.

Var. lect. Vs. 3 σιδος Camp., ΕΙΔΟϹ Pitt., ϹΙΛΟϹ Virl.

† **79** Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 49 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1993.)

ΑΠΕΛΛΗΣ	Ἀπελλῆς
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ	Ἀριστάρχου.

† **80** Aeginae in demarchio. Pars inferior anaglyphi: sedens mulier manum porrigit viro stanti. A. 0,29. l. 0,29. cr. 0,06. *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ	Ἀπολλωνία
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ	Ἀπολλωνίου.

Sine dubio eundem titulum inter Rhenaeos exhibet Le Bas, *Voyage archéol.* II 1994, licet primum det versum ΑΠΟΛΛΩΝΙΕ.

† **81** Anaglyphum: infans sedens.

Expédition de Morée III p. 40 n. 61 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 180 n. 258 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 51 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1995.)

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΕ	Ἀριστόβουλε
ΧΡΗΣΤΕ	χρηστέ·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

82 In sepulcro a. 1829 reperto.

Boeckh, C. I. G. II add. 2143*d* e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1749.)

ΑΡΙϹ ϹΠΛΗϹΑϹΚΝΟΟΛ
...Ι ϷΙϹ ΚΝ . . ϹΑΤΗ
ΝΙΚΟΛΑΟϹ ϹΙΛΑΙΟΥ
Ш Ч ϹΟϹ
ΧΡΙϹΩ

Ἀρισ[τοκ]λῆς Ἀ[θη]νο[φ]ά[νους,
- - - - - - - - -,
Νικόλαος [Φ]ιλαίου
- - -
- - -

Vs. 1 nomen prius restituit Boeckh, patris ego. — Vs. 3 Σιλαίου Boeckh, qui ad vs. 4. 5 »fortasse recentius adscripta sunt; vide ne fuerit: Μῦσος Χρισσῷ«.

---

83 Lapis marmoris Hymettii insertus pavimento aediculae Sancti Nicolai, a. 0,65. l. 0,26.

About, *Archives des missions scientifiques* 3, 1855, p. 548.

ΑΡΙϹΤΟΝΟΗ
ΠΟϹΕΙΔΩΝΙΟΥ
ΔΙΟΓΕΝΟΥϹΓΥΝΗ
ΑΦΡΟΔΙϹΙΑ
ΥΦΡΟΥΓΥΝΗ
ΧΑΙΡΕΤΕ

Ἀριστονόη
Ποσειδωνίου
Διογένους γυνή,
Ἀφροδισία
5 Ε]ὐφρ[ί]ου γυνή·
χαίρετε.

Vs. 5 restitui nomen; cf. *Dialektinschr.* 4866, 11.

---

†**84** Anaglyphum.

Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 52 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1996.

ΑΡΚΑΔΙΕ
ΛΕΟΝΤΟΣ
ΧΑΙΡΕ

Ἀρκάδιε
Λέοντος·
χαῖρε.

Var. lect. Vs. 2 ΩΝ Pitt., ΟΝ Le Bas, fortasse non ex alio apographo, sed e coniectura.

---

†**85** Aeginae in demarchio. Pars inferior anaglyphi marmorei, a. 0,55. l. 0,47. cr. 0,11: mulier sedens manum porrigit mulieri stanti; ad sinistram serva parva, manum laevam tollens; ad dextram parva figura muliebris, dextra gestans flabellum.

Expédition de Morée III p. 39 n. 49 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 174 n. 246 ex apographis Virleti et Caroli Lenormantii. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 53 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 2030.) *Exscripsi.*

ΛΡΣΙΝΟΗΗΦΑΙΣΤΙΟΥ *vacat*
ΜΗΤΗΡΔΕΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ
ΧΡΗΣΤΗ ΧΑΙΡΕ

Ἀρσινόη Ἡφαιστίου,
μήτηρ δὲ Πολεμάρχου·
χρηστή, χαῖρε.

---

86 Athenis in museo. Stela marmoris caerulei, a. 1,30. l. 0,46. Anaglypho ornata est, quod inter et anthemium inscriptio est conlocata interpositis rosis duabus. Repraesentatur mulier sedens, quae manum porrigit viro barbato; inter duas has figuras stat mulier altera in habitu lugentis.

Kumanudis, Ἀττικῆς ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 2644, qui Salaminium esse dicit lapidem. Köhler, C. I. A. II 3521. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 96. Cavvadias, Γλυπτά I n. 759, Aeginae repertum esse testatus. *Exscripsi.*

ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΧΡΗΣΤΗ Ἀρτεμισία χρηστή.

---

87 Athenis in museo. Frustum anaglyphi marmorei, a. 0,58. l. 0,725: sub epistylio, quod acroteriis ornatum est, superest viri caput et collum.

Campanis p. 15 n. 83. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 32. Boeckh, C. I. G. add. II 2322*b* 55 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1977. Heydemann, *Antike Marmorbildwerke* n. 100. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 3546. *Exscripsit Prott* ex imagine photographica.

ΛϹΙΑΤΙΚΟϹΝΕΙΚΗΦΛ ΗΡΛΚΩΝΕΙΚΗΦΛ

Var. lect. Initio ΔΛϹΙ Pitt. *Expéd.* Le Bas, Ἀσιατικὸς iam Campanis. — Nomen mulieris (omittunt Pitt. Campan.) ΙΡΕΚΤϽ *Expéd.*, ϹΡΕΚΤϽ Le Bas; Heydem., Syb. sicut Prott.

Ἀσιατικὸς Νεικηφᾶ. Ἡρακὼ Νεικηφᾶ.

De origine tituli Aeginetica v. »*Epigraphisches aus Aegina*« p. 23 n. 51.

---

†**88** *Expédition de Morée* III p. 40 n. 63 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 181 n. 260 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 56. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1999.)

ΑΥΛΟΣ Αὖλος.

---

†**89** Olim Aeginae in museo, nunc Athenis. Stela marmoris albi exhibens formam aediculae ordinis Corinthiaci cum aetomate et acroteriis; indicata sunt epistylium et triglyphi. Repraesentatur iuvenis sedens in saxo, cui innititur dextra; ante eum ad dextram stat puer nudus. A. 1,06. l. 0,48.

Pittakis, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1002. Gerhard, *Annali d. inst.* 1837, 124 adn. 2. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 71 n. 5. Stephani, *Ausruhender Herakles* p. 25 n. 4. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2000. Kekulé, *Theseion* 329. Sybel, *Skulpturen zu Athen* n. 465.

ΛΕΥΚΙΕΑΥΦΙΔΙΕ
ΔΑΜΑΧΡΗΣΤΕΚΑΙ
ΑΛΥΠΕ ΧΑΙΡΕ

Λεύκιε Αὐφίδιε
Δᾶμα χρηστὲ καὶ
ἄλυπε· χαῖρε.

---

90 Athenis in museo. Stela marmoris albi, a. 1,03. l. 0,54. Pilae duae sustinent aetoma cum acroteriis. Repraesentati sunt vir et mulier stantes, in margine inferiore equus currens. In epistylio titulus.

Campanis p. 15 n. 84. *Expédition de Morée* III p. 41 n. 68 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 183 n. 265 ex apographis Virleti et Quineti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 57 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1978. Pervanoglu, *Grabsteine* p. 22 n. 8. Kekulé, *Theseion* 305. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 532.

a
ΑΦΘΟΝΗΤΟΣ
ΣΩΤΗΡΙΩΝΟΣ

b
ΣΩΤΗΡΙΣ
ΦΙΛΟΥΜΕΝΗΣ

Ἀφθόνητος
Σωτηρίωνος.

Σωτηρὶς
Φιλουμενῆς.

De origine tituli Aeginetica v. *Epigraphisches aus Aegina* p. 29 n. 52. In *b* ad Φιλουμενῆς subintellege ἀπελεύθερος: v. supra ad n. 76.

---

91 Hauniae in museo. Stela marmoris caerulei, infra mutila, cum alto acroterio rotundo nudo, cui ut videtur adpingenda erant ornamenta. A. 0,55. l. infra 0,25, supra 0,225. cr. 0,05. Titulus est supra anaglyphum, quo repraesentatur mulier sedens manum porrigens viro stanti.

Ussing, *Graeske og Latinske Indskrifter i Kjöbenhavn*, 1854, p. 8 n. 7. Blinkenberg in musei Hauniensis succincto catalogi fasc. 3 (1896) n. 154. Mihi *exscripsit Blinkenberg.*

ΑΦΡΟΔΙΣΙΑΧΡΗΣΤ Ἀφροδισία χρηστ(ή)?

Verbum ultimum cum foedatum sit noviciis ductibus incertum esse nuntiat Blinkenberg, certe non fuisse χ[αῖρε neque post Τ fuisse scripturam.

92 Sepulcri siti in regione dicta Φαντάδος parieti, qui est inter septentriones et occasum solis, adpicti sunt colore nigro tituli.
Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 13. *Exscripsi.*


//////////////////////////////////////

ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ

//////////////////////

Unum nomen Ἀφροδίσιος et Irioti contigit enucleare et mihi; reliquias, quas et supra et infra hoc nomen extantes dubitans enotavi in caligine loci subterranei, in quo satis diu morari vetuit aer, praestat omittere. In margine tabularum, quae tegebant arcas, Iriotis testatur fuisse litteras colore rubro scriptas optimae aetatis, e quibus tamen discernere modo potuerit Epsilon et Delta.

93 Aeginae in museo. Anaglyphum marmoris albi, infra mutilum, fractum in partes tres, inventum teste Pelecano, investigatore antiquitatum insulae suae patriae impigerrimo, in loco qui et Κάμβος et Ἅγιος Διονύσιος audit, ab urbe ad septentriones. De repraesentatione servatum est caput mulieris spectans ad dextram, positum sub arcu pilis fulto, supra quem titulus in epistylio et aetoma. A. 0,38. l. 0,38. *Delineavit Prott* et misit ectypum.



Ἀφροδισ[ί]α· χαῖρε.

† **94** Aeginae in demarchio. Stela cum aetomate, a. 0,64. l. 0,33. cr. 0,06. Sub arcu repraesentatur sedens mulier, quae stanti viro manum porrigit.
Expédition de Morée III p. 41 n. 69 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 184 n. 266 e schedis Virleti. (Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 60. Le Bas, *Voyage archéol.* 2033.) *Exscripsi.*

ΒΙΤΟΛΑΑΛΥΠΕΚΑΙ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Var. lect. ΒΙΤΟΔΙΑΛ Virl.

Βιτόλα ἄλυπε καὶ
χρηστή· χαῖρε.

95 Aeginae in demarchio. Dextra anaglyphi pars: mulier stans amicta. Supra est cymatium duplex, in quo titulus. A. 0,73. l. 0,31. cr. 0,12.
Idem certe monumentum notat Campanis p. 14 n. 81 »ἀνάγλυφον βεβλαμμένον, χωρὶς κεφαλήν· ἔχον ἐπιγραφὴν Δαμάτριος Δαματρίου«, ut a sinistra tum et incolumis videatur fuisse titulus et servata figura viri praeter caput. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1747. *Exscripsi.*

ΜΑΤΡΙΟΣ ΛΑΥ
ΜΑΤΡΙΟΥ ΕΥ

Δα]μάτριος Λαυ[δίκα
Δα]ματρίου. Εὐλ[αίου (?).

De origine lapidis Aeginetica cf. *Epigraphisches aus Aegina* p. 5 adn. 4. Restitui titulum alterum.

96 In tabula, quae tegebat ostium sepulcri ἐν Λαμπίρῃ siti.
Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 11. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)

ΔΑΜΟΚΛ.Σ Δαμοκλ[ῆ]ς.

97 Parieti sepulcri prope aediculam τῶν Ἁγίων Θεοδώρων colore nigro adpictus titulus.
Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 15. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)

ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΗΣ Δαμοστράτης.

98 Stela marmorea cum aetomate et acroterio in museo Atheniensi. A. 0,71. l. supra 0,23; infra 0,24. (aetoma l. 0,245.)
Campanis p. 19 n. 142. Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 62 e schedis Pittakis et Rossii. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1980. Sybel, *Skulpturen zu Athen* n. 3578. — *Exscripsit Prott* ex imagine photographica.

a ΔΑΜΩ Δαμὼ
ΔΙΟΓΕΝΟΥ Διογένου·
ΧΑΙΡΕ χαῖρε.

b ΤΑΡΟΥΤΙ Ταρουτῖ-
ΝΕΤΑΡΟΥ νε Ταρου-
ΤΙΝΟΥ τίνου·
ΧΑΙΡΕ χαῖρε.

99 Aeginae in demarchio. Pars superior stelae cum aetomate, a. 0,30. l. 0,24. cr. 0,05. Reperta a. 1831.
Campanis p. 20 n. 153. Boeckh, C. I. G. II add. 2143*e* e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1738. *Exscripsi.*

ΔΑΜΩΝΚΡΗΣ Δάμων Κρής.

Tertii fere a. Chr. n. saeculi.

100 Stela marmorea cum aetomate, reperta Aeginae, nunc Lugduni Batavorum in museo antiquitatum, a. 0,48. l. 0,29. In area inter pilas duas excavata repraesentatur vir iuvenis stans, vestitus himatio, quod pectus et bracchium dextrum nudum relinquit. Dextra, quae demissa est, tenet aliquid — ut videtur avem — ad quod subsilit canis. Titulus in regula supra signum.
Ianssen, Musei Lugduno-Batavi inscriptiones Graecae et Latinae, 1842, p. 37; tab. 6, 4. *Exscripsi.*

ΔΗΜΕΑΣ Δημέας.

Videtur esse ineuntis saeculi a. Chr. n. quarti.

101—105 Parietibus sepulcri prope aediculam τῶν Ἁγίων Θεοδώρων siti adpicti sunt tituli quinque: n. 101 colore rubro; n. 102 supra n. 101 colore nigro recentiore aetate adiectus; in alio pariete n. 103 et colore nigro pictus n. 104; in pariete contrario item colore nigro n. 105.
Iriotis, Ἀρχαῖαι ἐπιγραφαὶ Αἰγίνης p. 14. (Wolters, *Athen. Mitth.* 18, 1893, 335.)

101 ΔΙΕ..ΕΟΣ Διε[ύχ]εος
ΤΙΛΩΝΙΔ. Χιλωνίδ[α.

102 .ΠΠΟΝΙΚΗ. Ἱ]πποníκη[ς.

103 Δ.....ΠΕΛΛΑΙΟΣ Δ.... Πελλαῖος
ΑΜΥΝΤΟ. Ἀμύντο[υ.

104 ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ Ἑρμογένης.

105 ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ Ἀπολλώνιος.

Supplementa mea sunt.

106 Athenis in museo. Frustum anaglyphi marmorei, a. 0,61. l. 0,54. Sub aetomate cum acroteriis servatum est caput adolescentis.

Campanis apud Cavvadiam, Γλυπτά I p. 21 n. 168, qui testatur Aegineticum esse. Kumanudis, Ἀττικῆς ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 2769. Heydemann, *Marmorbildwerke zu Athen* 154. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 3614. Dittenberger, C. I. A. III 3092 ex apographo Ulr. Koehleri.

Δ Ι Ο Δ Ο Τ Ο Σ) Χ Α Ι Ρ Ε Διόδοτος (Διοδότου)· χαῖρε.

107 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1748.


Ι Ι Δ Ι Ο Ι Κ Η C Ι Ν
Ο Κ Λ Ε Ι Α Δ Ε Λ ϕ Ш

[Ὁ δεῖνα
[κατεσκευάσατο
τὴν] διοίκησιν
Δι(?)]οκλεῖ ἀδελφῷ.


Sic fere haec refingenda.

108—111 In sepulcro prope τὸν Ἅγιον Θεόδωρον effosso a. 1896, quod tres continet arcas, colore atro picti sunt tituli: n. 108 in parietis qui portam continet parte intranti dextra, litterae a. 0,03—0,04; n. 109 in pariete dextro, litterae a. 0,05—0,08; n. 110 in pariete eodem, litterae a. 0,03—0,08; n. 111 in pariete postico. *Delineavi.*

108 109



110 111



108
Διονυσᾶς
ἐτῶν ἑξήκοντα
πέντε.

109
Ἀγαλλομενὴ ἐτῶν
ἑξήκοντα πέντε.

110
Ἀντίγο-
νος ἐτελεύ-
τησε ἐτ[ῶν] ἑξ[ή-
κοντα πέ(ν)τε.

111
νε'.
Ἐπιγόνη ἐτῶν [πεντή]κοντα πέντε.
ν]ε'.

Miro sane casu sepultorum tres eadem mortui sunt aetate.

112 Aeginae in demarchio. Pars superior stelae marmoreae cum aetomate. A. 0,25. l. 0,17. cr. 0,07.

Campanis p. 19 n. 143. Boeckh, C. I. G. II add. 2143*g* ex apographo Rossii. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1733. *Exscripsi.*

Δ Υ Λ Υ Π Ο Ρ Ι Σ Δυλύπορις
Π Α Τ Α Χ Α Ι Ρ Ε Πατᾶ· χαῖρε.

113 Campanis p. 19 n. 136: Εἶνε τῆς Αἰγίνης. Τμῆμα μαρμάρου μὲ ἐπιγραφήν: »ἐπὶ Κ...« ἄνωθεν γλυμμένον ἀρχιτεκτονικῶς. — Idem certe titulus apud Le Basium, *Voyage archéol.* II 1740:

Ε Π Ι Κ Τ Ἐπίκτ[ητε s. Ἐπικτ[ᾶ·
Χ / χ[αῖρε.

114 »Ad litus, in caverna subterranea«, intellege: in sepulcro.

Boeckh, C. I. G. II 2142 e schedis Villoisoni. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1731. Bechtel, *Dialektinschr.* 3422.) Cf. C. Keil, Anal. epigr. et onomatol. 160.

Ε Ρ Α Τ Ω Λ Α Κ Ρ Ε Ι Δ Α Ἐρατὼ Λακρείδα(?),
Θ Υ Γ Α Τ Η Ρ Ν Ε Α θυγάτηρ νέα.

Λακ(λ)είδα conicit Keil, Λακρ[ατ]είδα Bechtel.

†**115** Boeckh, C. I. G. II add. 2193*i* ex apographo Rossii. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1721.

Ε Υ Ρ Υ Β Ι Ο Τ Ο Σ Εὐρυβίοτος
Τ Ε Ι Σ Ι Δ Ο Σ Τεἰσιδος.

Var. lect. Vs. 1 ΕΥΡΥΒΟΤΟ< Ross.

†**116** Anaglyphum.

Boeckh, C. I. G. II add. 2322*b* 4 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1927.)

Η Λ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ Ἡλιόδωρος
Μ Ο Σ Χ Ι Ω Ν Ο Σ Μοσχίωνος
Α Θ Η Ν Α Ι Ε Ἀθηναῖε·
Χ Α Ι Ρ Ε χαῖρε.

Per errorem nominativus iuxta vocativum positus.

117 »*Stèle à fronton à la porte de la* Παραγία Γιάνουλα«.

Le Bas, *Revue archéol.* 1844, 112 et *Voyage archéol.* II 1710.

Θ Ε Ο Δ Ο Τ Η Θεοδότη
Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Ο Δημητρίο[υ,
Θ Ε Ο ϕ Ι Λ Ο Σ Θεόφιλος
Μ Η Ν Ο Δ Ω Ρ Ο Μηνοδώρο[υ·
5 Χ Α Ι Ρ Ε Τ Ε 5 χαίρετε.

118 Stela aetomate instructa.

Campanis p. 14 n. 74. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 29 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 70 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1983.)

ΘΕΟΦΙΛΟΣ	Θεόφιλος
ΕΥΚΛΕΟΥΣ	Εὐκλέους,
ΕΥΚΛΗΣ	Εὐκλῆς
ΕΥΚΛΕΟΥΣ	Εὐκλέους,
ΑΠΟΛΛΩΝΙΣ	Ἀπολλωνίς·
ΧΑΙΡΕΤΕ	χαίρετε.

Var. lect. Campanis verba sunt: »Τεμάχιον μαρμάρου μὲ ἐπιγραφὴν Θώφιλος κλπ«, unde suspicio fit, vs. 1 in lapide esse ΘΕΟ.

---

†**119** Aeginae in demarchio. Stela formam aediculae exhibens, a. 0,90. l. 0,37. cr. 0,10. Repraesentatur vir stans, ad cuius dextram servus. Infra est titulus. *Exscripsit Fredrich.*

////// Π Ο //////////////////////	Ἱπ]πο - - -
//////////////////////////////////////	- - - - - -
ΑΣΚΑΛ//// Ω Τ//////	Ἀσκαλ[ε]ίτ[α
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙ////	χ]ρηστέ· χαῖ[ρε.

Ethnicon aut Ascalonis Palaestinae urbis indicatum est nobis ignotum aut urbis ignotae.

---

†**120** Aeginae in museo, nunc Athenis (n. 1258). Stela marmoris albi cum aetomate et acroteriis, a. 0,82. l. infra 0,405, supra 0,365. Figurae quattuor: ad sinistram stat puella, laeva manu arculam ferens, dextra flabellum; sequitur mulier sedens, quae manum porrigit viro imberbi; ad dextram stat parvus puer. Titulus sub anaglypho in dextra stelae parte.

Expédition de Morée III p. 36 n. 32 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 162 n. 229 ex apographo Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 30 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1959. Kekulé, *Theseion* 267. Sybel, *Skulpturen zu Athen* 552. *Exscripsit Prott.*

vacat	ΑΥΛΕΚΑΙΚΕΛΙ
vacat	ΚΟΙΝΤΟΡΩΜΑΙΕ
vacat	ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Var. lect. Vs. 2 in altero O inscriptum exhibet Υ solus Le Bas, *Voyage archéol.*, sed nullum in lapide hic incolumi vestigium esse diserte testatur Prott (haud semel apographis coniecturas inseruit Le Bas).

Αὖλε Καικέλι(ε)
Κοΐντο(υ) Ῥωμαῖε,
χρηστέ· χαῖρε.

Vs. 1 extr. Epsilon omissum fuisse adnotat Prott.

---

†**121** »In anaglypho, quod repraesentat virum sedentem ac mulierem stantem.«

Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 73 e schedis Pittakis. (Le Bas, *Voyage archéol.* II 1976.)

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΗ ΝΩΑΕ
ΜΑΓΟΛΙ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Καλλιστράτη - - - -
Ἱερ]απολῖ[τι
χρηστή· χαῖρε.

Vs. 2 conieci ethnicon.

---

†**122** Aeginae in demarchio. Pars inferior stelae marmoreae; a. 0,44. l. 0,41. cr. 0,11. Repraesentatur mulier sedens, manum porrigens viro adstanti.

Expédition de Morée III p. 33 n. 13 et Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 5 p. 147 n. 210 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 17 e duplicibus schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1945. *Exscripsi.*

a	*b*
ΚΑΛΛΙΦΑΝΤΗ	ΞΙΛΙΙΛΟΚΛΗ
ΚΛΕΟΜΑΧΟΥΔΙ////	ΟΔΟΤΟΥ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡ///	ΔΗΛΙΕΧΡΗ⁻ΤΙ
	/ΑΙΡΕ

Var. lect. *b* vs. 1 (initium valde est deletum) ΩΙΑΘΙΛΗ et ΩΤΑΘΙΑΗ Pitt.; ΩΙΑΟΙΛΗ Virl., quod in transcriptione Le Bas correxit in Φιλοκλῆ, quam coniecturam alteri suo inseruit exemplari. — *b* vs. 4 omittit Pitt. — Litterae contra exemplar meum sine uncis positae *a* prioribus adhuc visae sunt.

a	*b*
Καλλιφάντη	. . . . . . οκλῆ
Κλεομάχου Δηλία·	Θεοδότου
χρηστή, χαῖρε.	Δήλιε· χρηστέ,
	χαῖρε.

De vocativo in -οκλῆ laudat Boeckh Choeroboscum ap. Bekkerum Anecd. 1190, neque desunt huius anomaliae exempla in huius voluminis inscriptionibus aliis.

---

†**123** Boeckh, C. I. G. II add. 2143 *k* ex apographo Rossii. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1725.

ΤΙΤΕΚΑΣΤΡΙΚΙΕ	Τίτε Καστρίκιε
ΘΡΑΣΩΝ	Θράσων
ΑΛΥ Π ΕΧΡΗΣΤΕ	ἄλυπε, χρηστέ·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

---

124 Aeginae in demarchio. Stela cum aetomate, a. 0,50. l. 0,30. cr. 0,05.

Campanis p. 14 n. 73. *Expédition de Morée* III p. 62 n. 28 e schedis Virleti. Boeckh, C. I. G. II add. 2322 *b* 74 e schedis Pittakis. Le Bas, *Voyage archéol.* II 2128. *Exscripsi.*

ΚΕΡΔΩΝ	Κέρδων
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ	Ἀλεξάνδρου·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

---

125 Columella cum basi.

Campanis p. 11 n. 9. Mustoxydis, Ἡ Αἰγιναία 1831 p. 109 n. 27. Le Bas, *Voyage archéol.* II 1664. C. I. A. II 2842 ex apographo Velseni.

ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΣ	Κηφισόδωρος
ΠΟΛΥΑΡΧΟΥ	Πολυάρχου
Α ΑΙΟΣ	Α[χ]αιός.

Aeginae reperta teste Campane, a Salamine oriundam esse ait Mustoxydis: eandem discrepantiam deprehendimus de n. 72, ubi vide. Cf. *Epigraphisches aus Aegina* p. 15 n. 19 et *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 158, 19.

---

126 Aeginae in museo, stela marmoris rubra instructa aetomate et acroteriis, infra fracta. A. 0,81. l. 0,35—0,38. Reperta est in insula. *Delineavit Prott* et misit ectypum.

ΚΛΕΙΣΤΑΙΝΕΤΗ	Κλεισταινέτη
ΑΓΑΘΑΜΕΡΟΥ	Ἀγαθαμέρου·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

In versus primi littera prima conspicuae sunt lineae, quae non fortuitae esse nequeunt: si adsumis litteram alteram Lambda, species fere est, quasi in Ƙ inscriptum sit M. E quibus cum iusta vox non evadat, de Kappa non est dubitandum; certe nullo modo legi potest, quod exspectes: Πλειστ αινέτη.

127 Le Bas, *Voyage archéol.* II 1726. (Bechtel, *Dialektinschr.* 3425.)

Κ Ο Ξ Ι Ο Ϲ	Κόξιος (?)
Α Ι Π Ο Λ Ο Υ	Αἰπόλου
Μ Ν Α Μ Ε Ι Ο Ν	μναμεῖον.

κλαι Ε[- - - δόμεν s. εἶμεν
- - - - - - - - -

Tertio a. Chr. n. saeculo non recentior, qua aetate vs. 4 non fuisse potest dativi terminatio contracta de nomine masculino, ut necessario honorata sit mulier. De lectione moneo certum esse Kappa neque, ut adnotat Prott, vix dubium Lambda, mihi quidem ex ectypo videtur cogitari etiam posse de Μ. Ab Ε incipiebat nomen patris.

---

480 Repertum in templo. A. 0,12. l. 0,17. cr. 0,08. Nunc latet.
Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 353 n. 7. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3317.)

Θ Α Ι Δ Ε Τ Ο Ν
Μ Ν Α Μ Ο Ν Α Σ
Σ Ε Π Ι Μ Ε Λ Ε Σ Θ Α Ι
Σ Α Γ Ω Ν Σ Α Ν Σ
Ν Σ Ε Ρ Ι Φ Ι Ω Ν Α Ι
Α Ι Π Η Σ Ε Ρ Ι Φ Ι Ω Ν

- σ]θαι δὲ τον
ἱαρο(?)]μνάμονας
- ς ἐπιμέλεσθαι
- ς ἀγώνσανς
τῶ]ν Σεριφίων α -
ἐὰν δέ τις ἀπο(?)](λ)ίπη Σεριφίων.

Videtur decretum esse de privilegiis, quibus in feriis Nemeaeis fruerentur Seriphii: eis necessitudo intercedebat cum Argivis, quippe quorum heros Perseus Seriphi sit educatus. — De ἀγώνσανς (vs. 4) non iudicare praestat, antequam confirmetur lectio; vs. 6 conatus sum restituere.

481 Fragmentum repertum in templo; nunc latet. A. 0,19. l. 0,17. cr. 0,07.
Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 353 sq. n. 8. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3318.)

Α Ρ Α Ξ
Ο Ν Σ Ε Μ Β Α Τ
Α Υ Τ Ε Ρ Σ Ι : Θ Θ Θ Θ : C
Ι Α Α Ι Τ Ο Ν Ν Α Ο Ν : Κ /
⊟ ⊟ ⊟ ⊟ : : : ⌶ ⌶ - Ξ Σ : Κ Ο Ρ
Π Ο Ξ Υ Σ Ψ Τ Α Ν Δ Ε
⊟ ⊟ 𐅄 Θ Θ Θ Θ : Κ Η Ρ Ο Υ
- - Η Η Μ Ι Μ Ν Α
Τ Α Λ Α Ν Τ
\ Ο Ν Κ Λ Ι

ἐνχ]αραξ -
τ]ὸνς ἐμβατ[ῆρας
ἐγκ]αυτέρσι ΘΘΘΘ,
- ί[δ]αι τὸν ναὸν κ -
⊟⊟⊟⊟:::⌶⌶-ΞΣ Κορ[ινθίου
ἀ]ποξύσ[ι] τᾶνδε
⊟⊟𐅄ΘΘΘΘ, κηροῦ
- η ἡμιμνα[ῖον
ταλαντ -
τὸν ν]αὸν κ[α]ὶ s. κ[λ]ι -

Titulus, qui continebat rationem de templi exstructione, adsignandus est, quantum e litterarum forma edita iudicetur, saeculo quarto, cum qua aetate convenire videtur species columnarum adhuc superstitum. — Vs. 2 scripsi ἐμβατ[ῆρας (ἐμβάτ[ανς priores), nixus loco Pollucis 2, 200: βατὴρ ὁ οὐδός, ἐφ᾽ οὗ βαίνομεν; compositum lexicis quidem est ignotum, sed non minus ὑποβατήρ, quod est in titulo Lebadeensi C. I. G. Sept. I 3073 vs. 8 (cf. Fabricius de architectura Graeca 57). — Vs. 3 ἐγκ]αυτέρ[σι supplevit Prellwitz. Est a ἐγκαυτήρ pro ἐγκαυτής sicut κριτήρ gen. κριτῆρος in titulo Mycenaeo n. 493; variant ἐγδοτέρσι et ἐγδοτῆρσι in ratione Epidauria de aedificanda tholo. — Vs. 5 scripsi Κορ[ινθίου, cui subaudiendum ἀργυρίου sicut in rationibus Epidauriis. Potest quidem Κορ - etiam audivisse vir, cui pecunia est soluta; futilis certe est Prellwitzii coniectura (ἐ)ς Κόρ[ινθον, cui vel obstat interpunctionis signum. — Vs. 6 conieci fuisse casum vocis q. e. ἀπόξυσις »levigatio«. Suspicio est graviorem inesse errorem: ἐς ἀ]πόξυσ[ιν]. — Numerorum significatio non dubia: *drachmae* sunt ⊟ centum, 𐅄 quinquaginta, Θ decem (cf. n. 523. 616. 617), . una; vs. 5 patet sequi *obolos*, quorum unus significetur -; Ξ necessario est semiobolus et Σ pars oboli dimidio minor; idem signum occurrit Epidauri.

482 Repertum in templo; nunc latet. A. 0,07. l. 0,12. cr. 0,09.

Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 352 n. 5. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3321.)

Π Ε Ρ Ο Χ Ρ Η Ι Σ
2 Τ Α Π Ε Ρ Α Τ Α Ι
2 Ι Τ Ο Υ Λ Υ Κ Ι Σ
Ε Κ

Videtur esse de carmine: Vs. 1 περ ὁ χρήιϲ[ας s. περ ὃ χρῆι σ -. — Vs. 2 Θαλάσσας ν]ῶτα περᾶται. — Vs. 3 recte ut videtur Prellwitz - ωι τοῦ Λυκίσ[κου, quamquam in nomine foret licentia metrica.

---

483 Repertum in templo; nunc latet. A. 0,17. l. 0,11. cr. 0,09.

Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 353 n. 6. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3321.)

Κ Ε
Κ Υ Ω Ν Η
Μ Α Χ Ο Υ Κ Ο
Ι Τ Ι Μ Α Χ Ο Υ Κ
Ο Π Ο Ι Γ Ω Ν Ο Ι Σ
Π Α Ν Α Ι Φ Ι Λ
Ν Ι Α Ν Α Π
Σ Φ Ι Ν
2 Α Ν


ἀνέθη]κε
Σι]κυὼν η -
Ἀντιμ]άχου κο[υρ - (?)
Ἀν]τιμάχου κ -
ὅποι γωνοῖς (?)
δα]πάναι (s. τρο]πὰν, πᾶν, alia ἆι) φιλ -
- νιαν ἀπ -
σφιν vel [νό]σφιν
θ, ζ (?)]ωάν.

Carmen videtur dedicatorium Antimachi vel Antimachi filii Sicyonii.

---

484 Lapis insertus parieti ecclesiae prope templum, ab eo ad meridiem versus.


Röhl, *Athen. Mitth.* 1, 1876, p. 229 et Inscr. antiq. 26. (Blass, *Dialektinschr.* 3161.) Cf. Kirchhoff, *Alphabet* [4] p. 98 adnot.



Ἑκάτα]ι vel Ἀρτέμιδ]ι ἐφοδίαι (Röhl).

485 Fragmentum baseos e lapide calcario caeruleo, repertum in aedicula ruinosa prope templum, nunc in vico affini Ἡράκλειον dicto. Imum latus ad excipiendum lapidem alterum est conformatum, latera reliqua (etiam posticum) mutila. A. 0,19. l. 0,30. cr. 0,37. Litterae a. 0,035.

Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 351 n. 3. — *Exscripsit Prott.*



Σικυώ[νιοι ἀνέθεν] s. Σικυω[νίων.

---

486 Lapis calcarius insertus fundamentis aediculae prope templum, ab eo ad meridiem versus. A. 0,62. l. 0,77. Litterae profunde incisae, a. 0,10 — 0,14. *Exscripsit Prott.*

Ε Ͱ Ε Σ Τ Α Σ

Τ]ελέστας.

Manifesto ad sinistram excipiebat lapis alter, fortasse etiam ad dextram, adiectum igitur fuisse potest ἀνέθηκε.

---

487 Lapis calcarius de basi, repertus in aedicula ruinosa prope templum, nunc in vico vicino Ἡράκλειον dicto. A. 0,27. l. 0,50. cr. 0,36. Cum inventus est, ad dextram modo erat fractus, nunc etiam in summa parte est mutilus; litteras nunc (exceptis duorum priorum paucis residuis) deletas uncis inclusi. In imo latere est foramen ad annectendum lapidem alterum.

Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 349 n. 1. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3282. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1065.) *Exscripsit Prott.*


[Ι Α Ρ Γ Ε Ι Ο.Ι Α Ν Ε] Θ Ε [Ν
Ι Λ Α Ρ Χ Ο Σ Ε Π Ι Λ Ε Κ Τ Α Σ Φ Ι /
Ι Λ Α Ρ Χ Ω Π Ε Δ Α Κ Ρ Ι Τ Ο Σ Κ Λ Ε Ο Σ Ο
Ι Λ Α Ρ Χ Ω Φ Ι Λ Ε Α Σ Ο Λ Υ Μ Π Ι Α Δ Α
Ι Λ Α Ρ Χ Ω Δ Ε Ξ Ι Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ *vacat*
vacat

Δ]ὶ Ἀργεῖοι ἀνέθεν·
ἴλαρχος ἐπιλέκτας Φιλ - - - -
ἰλάρχω Πεδάκριτος, Κλεοσ[θένης
ἰλάρχω Φιλέας, Ὀλυμπιάδα[ς
ἰλάρχω Δεξίστρατος, (- - -).

Supplementa sunt editorum Gallicorum, qui intellexerunt ἐπιλέκτας designare principem collegii. Dedicat respublica Argiva per ilarchos; quod bini referuntur versibus 3—5, credendum est e phylis tribus constitutos esse binos, e phyla quarta unum, sed qui teneret locum praesidis. In versu quinto ilarchi alterius nomen per errorem omissum. — E titulo elucet tunc — ineunte credo saeculo tertio — Nemeam fuisse Argivorum (non Cleonaeorum), quod idem valet in titulum proxime sequentem, qui argumenti videtur paene aequalis: hunc quarto saeculo non dixeris recentiorem.

488 Lapis calcarius de basi, repertus in aedicula ruinosa prope templum, nunc in vico vicino Ἡράκλειον dicto. A. 0,30. l. 0,52. cr. 0,37. Fractus utrimque et in parte postica; in imo latere est foramen ad annectendum lapidem alterum. Scriptura inaequalis; litterae versus primi reliquis sunt maiores.

Cousin et Durrbach, *Bull. de corr. Hell.* 9, 1885, p. 350 n. 2. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3319.) *Exscripsit Prott* et misit ectypum non quidem plane sufficiens.



Δὶ ἴλα]ρχ[οι] ἀν-
έθεν· . . .]δρίλας Ὑλλέων,
. . . . ένης Πανφυλᾶ[ν,
. . . . ς Ὑρναθίων, Κυ . . .
Δυμάνων].

Varia lectio editorum priorum: Vs. 3 omittunt ΦΥ || vs. 4 in. ΙΥ. In fine omittunt ΚΥ (de prima littera Ι certum, Κ verisimile secundum Prottium).

Supplevi vs. 1. 2. 5. Cf. Stephan. Byz. s. v. Δυμᾶνες· φυλὴ Δωριέων. ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες ἐξ Ἡρακλέους. καὶ προσετέθη ἡ Ὑρνηθία, ὡς Ἔφορος ϛ'. Nota Παμφυλᾶν, quod est quoque in titulo Argivo n. 598, Παμφύλας n. 517. — Cf. adnotata ad titulum proxime praecedentem.

II. CLEONAE.

489 A Χάνι τῆς Κουρτέσας quartam fere horae partem ad septentriones versus abest locus Βολιμοτή dictus, ubi lapides duo curvati, a. 0,75, iacentes sub divo exhibent titulum.

Collignon, *Bull. de corr. Hell.* 4, 1880, p. 46. Io. Schmidt, *Athen. Mitth.* 6, 1881, p. 355 n. 55. »*Nach Durchreibung Schmidt's*« Loewy, *Inschriften griech. Bildhauer* n. 262. *Exscripsi.*

ΞΕΝΟΦΙΛΟΣΚΑΙΣΤΡΑΤΩΝΑΡΓΕ | ΟΙΕΠΟΙΗΣΑΝ

Ξενόφιλος καὶ Στράτων Ἀργε[ῖ]οι ἐποίησαν.

Secundum litteraturam titulus ineunte primo p. Chr. n. saeculo antiquior haberi non potest; Loewii imago falsam dat litterae Phi formam. Lapides eorundem artificum notis signati n. 657 et 1248 recentiorem etiam perhibent litterarum speciem. Eiusdem familiae fuisse sculptores duos monstrat titulus Epidaurius n. 1148, in quo sculptor Xenophilus Stratonis f.: videtur is filius fuisse Stratonis eius, qui occurrit in nostro. Crediderim fratres fuisse Xenophilum et Stratonem nostros, eorumque patrem audivisse Stratonem.

490 In viculo Γούβα prope Ἅγιος Βασίλειος in domo, quam possidet Michaelis Dellis, basis lapidis calcarii utrimque cymatiis instructa. A. 1,01. l. 0,47. cr. 0,38. *Exscripsi.*

ΚΟΡΝΗΛΙΟΝΒΕΤΟΥΡΙΟΝ
ΘΕΟΦΙΛΟΝΤΟΝΑΞΙΟΛΟΓΩ
ΤΑΤΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΝΤΗΣΛΑΜΠΡΟΤΑ
ΤΗΣΚΛΕΩΝΑΙΩΝΠΟΛΕ
ΩΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΠΕΡΙ
ΤΟΥΣΠΟΛΕΙΤΑΣΗΒΟΥ
ΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΑΝΕΣΤΗΣΑΝΥΠΟ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΣΔΟΜΙΤΙΟΝΑΛΕ
ΞΑΝΔΡΟΝ<ΚΑΙΛΗΡΙΟΝΚΛΑΡΟΝ

Ψ *palma* *corona* *palma* Β

Κορνήλιον Βετούριον
Θεόφιλον, τὸν ἀξιολογώ-
τατον στρατηγόν, ἀγω-
νοθέτην τῆς λαμπροτά-
της Κλεωναίων πόλε-
ως καὶ εὐεργέτην περὶ
τοὺς πολείτας, ἡ βου-
λὴ καὶ ὁ δῆμος ἐκ τῶν
ἰδίων ἀνέστησαν ὑπὸ
ἐπιμελητὰς Δομίτιον Ἀλέ-
ξανδρον, Καιλήριον Κλᾶρον.

Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

491 Parva stela reperta eodem fere loco quo n. 489. Versus duo priores in aetomate scripti.

Baumeister, Philologus 9, 1854, p. 182. E Bursiani apographo Rangabé, *Antiquités Helléniques* 2, 2220 *b*; ipse Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854 p. XXXIV. (C. Keil, *Mélanges Gréco-Romains tirés du Bulletin de l'Académie de St. Pétersbourg* 2, 1856, p. 36. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 143 *c*. Kaibel, Epigr. Graeca 471. Cougny, Anthol. Pal. III, 2 p. 119 n. 194.)

ΝΟΜΩΝΙΑΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙ
ΧΑΙΡΕ
ΙΚΑΡΙΟΥΜΕΝΠΑΙΔΑΠΟΛΥΣΗΛΩΤΟΝΟΜΗ
ΗΝ ΣΕΝΔΕΛΤΟΙΣΕΞΟΧΑΠΗΝΕΛΟΠΗΝ
ΣΗΝΛ/ΡΕΤΗΝΚΑΙΚΥΔΟΣΥΠΕΡΤΑΤΟΝΟΥΤΙΣΕΠΑ
ΙΣ ΛΙΓΥΡΩΝΑΣΑΙΑΠΟΣΤΟ
ΟΥΝΕΚΑΔΕ ΣΕΝΑΣ¯ΕΝΟΜΩΝ..Ο
ΤΗΚΕΔΟΝΙΣΤΥΓΕΡΗ

Var. lect. Vs. 3 in. . ΗΝ Σ Burs. || vs. 5 in. ΣΩΜΑ/ Ρ Burs. (ΣΩΜΑ Ρ Rang.), ΣΗΜΑ.ΡΕΤΗΝ Baum. Tum ΚΑΙ omisit Baum. || vs. 6 ΛΙΓΥΡΩΝ Burs. (Rang.) || vs. 7 litteras ita collocat Baum., quasi a ΟΥΝΕΚΑ versus incipiat. Tum ΑΣΓΕΝ Burs. (Rang.), ΑΣΠΕΝ Baum. Extr. ..Ο omittit Baum. || vs. 8 extr. ΕΡΙ Burs.

Νομωνία Μεγαλοπολῖ[τι·
χαῖρε.
Ἰκαρίου μὲν παῖδα πολυστήλωτον Ὅμη[ρος
ἥν[η]σ' ἐν δέλτοις ἔξοχα Πηνελόπην,
σὴ[ν δ' ἀ]ρετὴν καὶ κῦδος ὑπέρτατον οὔτις ἐπα[ρκῶς
ἰσ[χύει] λιγυρῶν ᾆσαι ἀπὸ στο[μάτων.
Θρηνεῖν] οὕνεκ' ἄδε[ια]· σ' ἔνασ[σ]ε, Νομων[ία], ο[ἰκτρὰν
τηκεδόνι στυγερῇ [Ζεὺς ἐν Ὀλύμπου ἕδραις.

Titulus aetatis Romanae, nam Νομωνία reddere nomen Latinum *Numonia* intellexit Keil, neque quod pro *u* graece scriptum est Ο, aetatem arguit antechristianam, cum haec antiquior orthographia retenta sit etiam in aliis nominibus a Νομ- incipientibus; cf. Dittenberger, *Hermes* 6, 289 sq. Quod Kaibel ait esse »secundi vel primi a. Chr. n. saeculi«, eum movisse videtur litteratura a Rangabeio exhibita, sed formae ΣΠ, quas dat iuxta recentiores ΑΜ, vel in hanc non quadrant aetatem, ut accuratae esse nequeant.

Vs. 1 scripsi Μεγαλοπολῖ[τι, vocativum ethnici; mire Μεγαλόπολις cognomen esse mortuae censet Keil. — Vs. 3 πολυστήλωτον (pro πολυζ.) non solum utrumque dat apographum, sed diserte etiam testatur Baum. Item Zeta posteriore aetate scribitur pro Sigma (cuius rei permulta congessit exempla G. Meyer, *Griech. Grammatik*[3] p. 302 sq.), ut aequalem tum fuisse constet litterarum duarum appellationem. — Vs. 4 ἥν[η]σ' Keil, neque ulla est causa, cur tradita cum Rangabeio et Kaibelio mutemus in ὕμ]ν[η]σ'. — Vs. 5 initium supplevit Schneidewin apud Baum., finem Kaibel. — Vs. 6 ἰσ[χύει] debetur Schneidewinio; στο[μάτων iam editores primi. — Vs. 7. 8 supplevi, nihil mutans nisi Γ vel Π in Σ. Cum non sit credendum Bursianum ante tradita deesse litteras ex libidine indicavisse, reicienda sunt supplementa a Keilio proposita: οὕνεκα δε[ῖ σ' ἕδρα]ς γε, Νομωνία, [ἷξαι Ὀλύμπου] | τηκ. στ. [παυσαμένην βιότου vel οὕνεκ' ἄ[ρ'] ε[ἰ]ς ἕ[δρ]ας [σ]ε, Νομων[ία, ἤγαγ' Ὀλύμπου] | τηκ. στ. [Ζεὺς φθιμένην Κρονίδης. Quae scribit Kaibel: αὐτὸς ἄρ'] οὖν ἐκά[λ]ε[σ]σεν [ἄν]α[ξ σ]ε, Νομών[ι'], Ὀ[λύμπου] | τηκ. στ. [σῶμα μαραινομένην, ipse a traditis nimis ait recedere, neque elidi potest α nominis Νομωνία.

PARS SEPTIMA.


ARGIA.

I. MYCENAE.

(De titulorum aetate v. ad n. 496.)

492 Lamina aenea, a. 0,09. l. 0,18, reperta in arce haud longe a cacumine inter septentriones et occasum solis. Nunc Athenis in museo. Ad infigendam laminam inserviebant foramina quattuor.

Insigni Tsuntae liberalitate et licuit Woltersio in usum meum imaginem photographicam faciendam curare et Gillieronio designare monumentum.



Φραἱαρίδας Μυ-
κανέαθεν παρ᾽ Ἀ-
θαναίας ἐς πόλιος
ἰκέτας ἔγεντο
ἐπ᾽ Ἀντία καὶ Πυρ-
Ϝία. εἶεν δὲ Ἀντί-
ας καὶ Κίθιος καἴσ-
χρων.


Titulus sexto ut videtur saeculo adsignandus incolumis est. Interpretor: »Phrahiaridas a Mycenis ex arce a Minerva supplex missus est, cum Antias et Pyrrhias magistratu (sive sacerdotio) functi sunt. (Responsum tulit: expiatores sive arbitri) sunto Antias et Cithius et Aeschro.« Certo Phr. laminam nostram dedicavit in aedem Minervae (quam fuisse in arce Mycenaea nunc primum edocemur), quia bene ei cesserat divinae vocis quam ibi acceperat obtemperatio; in quem locum sacrum missus fuerit, non dicitur. Antias certe idem est, qui vs. 5 et qui vs. 6 sq. nominatur.

Vs. 1 Φραἱαρίδας cum aspero pro Sigma inter vocales (Φρασιαρίδας). — Vs. 2 in ΜυκανέαΘεν Epsilon errore esse insertum vix quisquam crediderit; statuenda igitur forma nominis urbis Μυκανέα sive Μυκανέαι. — Vs. 4 notandum ἰκέτας sine aspero scriptum.

493 Lapis rotundus porus, cuius formam repraesentat Kaweravii designatio a Tsunta publicata, quam deminutam iteramus. A. 0,20; summae partis diametros 0,61. Reperta haud profunde sub solo in ruinis recentioribus inter portam leoninam et sepulcrum, quod dicitur Clytaemnestrae, asservatur in museo Atheniensi. In latere superiore foramina quattuor, quorum bina coniuncta sunt perforatione sub superficie facta; alia perforatio, cuius ostium vides in imagine infra litteras ΜΕ, pertinet a peripheria usque ad centrum: qui maior canalis Tsuntae factus esse videtur ea aetate, qua basis ad muros, inter quos iacebat, est adhibita. In fundo tituli reliquiae cernebantur coloris rubri. Lapis, cum ima eius pars sit levigata, alteri erat impositus.



Tsuntas, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1892, p. 67. — *Exscripsi* et confeci ectypum. Tituli imaginem repraesento ad quintam decimam verae magnitudinis partem redactam.



Αἰ μὴ δαμιοργία εἴη, τοὺς ἰαρομνάμονας τ[οὺς ἐς Πε]ρσῆ το(ῖ)σι γονεῦσι κριτῆρας ἦμεν κατ(τ)ὰ ϝεϝρημένα.


Litterarum a Tsunta suppletarum tantum superest, ut certae sint praeter unum Pi, de quo tamen non magis dubitabis. Tenemus finem decreti, cuius initium scriptum erat in lapide, qui supra excipiebat nostrum; sensum bene perspexit Tsuntas: in via, quae a Mycenis ducebat ad Argos, teste Pausania 2, 18, 1 heroum erat Persei, Mycenarum conditoris, in cuius cultu nunc docemur pueros egisse partes et verisimiliter quidem choros ex iis esse constitutos, e qua re rixae fieri solerent inter parentes (maxime credo de puerorum admissione).

Αἰ μὴ δαμιοργία εἴη: »*nisi collegium demiurgorum est coactum*«. Cf. Etym. M. 265, 44: *δαμιοργοὶ δὲ ἐκαλοῦντο παρά τε Ἀργείοις καὶ Θετταλοῖς οἱ περὶ τὰ τέλη*. — Ἰαρομν. *τοὺς ἐς* Περσῆ: »*Iaromnamones ex urbanis in Persei sacrum delegati*«. — *κατ(τ)ὰ ϝεϝρημένα = κατὰ τὰ εἰρημένα*: »*iudicanto secundum leges supra indicatas*«.

---

494 Fragmentum vasis fictilis pulchro nigro colore illiti, repertum circa 0,1 m. sub solo in terra, quae tegebat domum iuxta turrem muri, qui est infra arcem inter meridiem et occasum solis. Nunc asservatur in museo Atheniensi, sed latebat a. 1896. Titulus incisus.

Tsuntas, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1887, p. 155. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3314.)




Πευπύλος Tsuntas, quamquam lineas, quas sumit esse Ny male exaratum, magis videri fatetur significare litteras duas, priorem quidem Ρ sive Α, alteram Υ. At Ypsilon dubiarum litterarum altera esse non potest; id enim effectum foret ligatura tam antiqua aetate inaudita. Non video, cur non sumamus significari Rho et Iota parum bene positum: *Περίπυλος*.

---

495 Fragmen vasis fictilis colore nigro illiti, repertum in arce in sede sepulcrorum pedes sex sub solo, nunc in museo Atheniensi. Titulus acu incisus.


Milchhöfer, *Athen. Mitth.* 1, 1876, p. 313. Schliemann, *Mykenae* p. 129. (Kirchhoff, *Alphabet* ed. 3 p. 83, ed. 4 p. 97. Röhl, Inscr. antiq. 29. Idem, Imagines inscr. p. 77. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3313.) Furtwängler et Löschcke, *Mykenische Vasen* p. 52. Imaginem photographicam debeo Woltersio.




Legi potest et Τοῦ *ἥρωός εἰμ[ι* et Τοῦ *ἥρωος*. Ἐμ[-- *ἀνέθηκε*. Posterius propter interpunctionem praeferunt Furtwängler et Löschcke, sed consentaneum est articulum non dirimi a substantivo suo, etiamsi interpungitur ante verba reliqua, etiam ante *εἰμί*: cf. n. 566. Ὁ *ἥρως* est mortuus aliquis; sine idonea causa significatum esse Agamemnonem censet Furtwängler, *Athen. Mitth.* 21, 1896, p. 9.

496 Ara rotunda lapidis calcarii supra mutila, reperta in parva ecclesia prope vicum Φίχθια, quae dimidium fere horae abest a Mycenis; nunc in museo Atheniensi. A. 0,039. diametros 0,39. ambitus 0,0885. Superiorem partem cingunt taeniae obliquae desinentes in caput arietis, in quibus scripti sunt tituli versus duo, ii quidem detritissimi, reliqui in arae parte ea quae est sub taeniis.

Baumgarten, *Athen. Mitth.* 8, 1883, p. 141. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I fig. 39.) — *Exscripsi* et confeci ectypum; imagines photographicas faciendas benigne curavit Wolters. Repraesento lapidem et ex uno loco visum et velut evolutum, utramque imaginem ad quintam verae magnitudinis partem redactam. In forma latiore, ut scripturae connexus agnosci possit, in finibus utrimque singulas litteras contiguas iterandas curavi lineolis interruptis.





Var. lect. Editor prior, qui sollerter negotio suo functus est, in taeniis omnia incerta esse ait; vix tamen dubitandum est de ΜΕΓΑ--ΑΙ∠Α ΦΕΡ--, pro quibus dat non tam diversa: ΜΗΓΛ :ΑΙΔΤΑCΕΡ. In versu antecedente habet ◇ϟΖΤΕΧΤῙΡΛΟ<Τ. Tum in summo arae ipsius versu post ΜΗΝ pro Υ dat parvam lacunam quam sequitur ⌣<; in versu altero post ΑΤΑ omittit litterae Sigma reliquias.


- - - - κα]τέχ[ο]ι Πλοῦτ[ος - - - - -
- - - - Μεγά[ρας(?) π]αῖδα Φερ[σε]φ[ό]νη - -
Ἐφεσίη καθῆτο μήνυσ[ις]· πρῶτον Ἑκάτη ἄτας Μεγάρας
πᾶσιν, εἶτα δὲ Φερσεφόνη ἀγγέλλει θεοῖς. Ἤδη τάδε πάντα.

Monumentum esse sepulcrale credidit Baumgarten, sed vix est dubitandum de lectione Ἐφεσίη μήνυσ[ις], quod interpretatur Diels »dirae e more Ephesiorum« = Ἐφέσια γράμματα (cf. Wyttenbach. ad Plutarch. 85 B, alios). Quod mire in taeniarum flexuris pars tituli est disposita, secundum Dielesium revocandum videtur ad usum sollemnem; refert enim Pausanias Atticista (Eustath. p. 1864, p. 165 fragm. 185 Schwabe): ὅτι ἀσαφῶς καὶ αἰνιγματωδῶς δοκεῖ ἐπὶ ποδῶν καὶ ζώνης καὶ στεφάνης ἐπιγεγράφθαι τῆς Ἀρτέμιδος (Dianae Ephesiae) τὰ τοιαῦτα γράμματα. Arietem decet repraesentari in devotione, quia is immolari solet inferis (cf. Baumgarten p. 144 sq.). Quarto saeculo lapidem adsignat Baumgarten, sed cum Ol. 78, 1 (a. 468 a. Chr. n.) Mycenae ab Argivis sint deletae incolaeque in servitium venditi (Diodor. 11, 65. Strabo p. 377 C. Paus. 7, 25, 6) neque re vera ullum repertum sit vestigium, posteriore quinto et quarto saeculo urbis regionem fuisse habitatam (Tsuntas, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1887, p. 159 sq.), tituli Mycenaei omnes necessario aut vetustiores sunt olympiade septuagesima octava aut tertio sive posteriori tribuendi saeculo (cf. ad n. 497). Ad sententiam suam ductus esse videtur Baumgarten orthographia Ionica, sed restat Ionica dialectus, qua quarto saeculo huius regionis incolae haud magis utebantur quam quinto. Ac certe litterarum formae quam maxime conveniunt cum titulo clarissimo Halicarnassensi circa olympiada octogesimam scripto (Kirchhoff, *Alphabet* [4] p. 4 sq. G. Hirschfeld, *Greek inscr. in the British Museum* IV 1 n. 886). Mihi igitur persuasum est exaratum esse titulum circa annum 470 a. Chr. n., neque mirum diras Ephesias scriptas esse Ionice; adhibuerit ad praeformandam in usum lapicidae scripturam dévovens virum Ionicum harum rerum peritum. Exhibet autem sermo colorem quendam poeticum, qualis aptus est argumento.

Mirus est vocis καθῆτο usus, sed lectio est certissima. Tum vix minus certum ΜΕΓΑΡΑΣ (non μετ᾽ ἀρᾶς), ut Μεγάρα fuerit devotae nomen, cuius terminationem Doricam consentaneum erat retineri. Deinde de πα[ι]σίν se cogitasse profitetur Baumg., sed nihil erat inter Α et Σ. Sensus fuerit: »*Primum Hecata omnibus quae sunt Megarae calamitates iniungit* (necessario enim subintellegendum videtur verbum), *tum Proserpina id nuntiat diis* (ut ab intercessione arceantur). — Post θεοῖς interpunctio (quam non dat Baumg.) non quidem est certa, sed verisimilis vel e magno spatio inter Σ et Η interiecto; utique praestat ἤδη τάδε πάντα cum editore priore seiungere a prioribus, ut significet: »*Iam finita est devotio*«.

497 Tabula lapidis calcarii quae, reperta infra arcem paululum sub solo eodem loco quo n. 494, asservatur in museo Atheniensi. A. 0,36. l. 0,36. cr. 0,115. Infra fracta, supra instructa cymatio et aetomatis reliquiis. Versus primi septem vel octo tam detriti, ut difficillime legantur.

Tsuntas, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1887, p. 156. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3315. Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I p. 321. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 173. Dittenberger, Sylloge [2] 271.) Cf. Ed. Meyer, Philologus 48, 187 (= *Forschungen zur alten Geschichte* 104). Swoboda, Philologus 48, 762. — *Exscripsi* ex ectypo, postquam Tsuntae exemplar contuli cum lapide.



Προτίμου Γορτυνίου.
Θεοῖς· ἀγαθᾶι τύχαι· ἁλιαίαι ἔδοξε
τελείαι τῶν Μυκανέων, Πανάμου
ὑστεραίαι πρατομηνίας, ἀρήτευε
δαμιοργῶν Δελφίων [Τι]μοκρίτου Δαϊ-
φοντεύς· ἐπειδὴ ἀπ[αχ]θέντων [ἐφή-
βων τῶν Μυκανέων ὑπὸ Νάβιος ἐς Λ[α-
κ]εδαίμονα ἐπολυώρηἑ Πρότιμος
Τιμάρχου Γορτύνιος καὶ τὰν ἅπαν-
σαν σπουδὰν ἔθετο ὡς διασωθεῖεν
τοὶ ἀπαχθέντες· δεδόχθαι τοῖς κωμέ-
ταις ἐς προεδρίαν καλῖσθαι τοῖς Διονυσί-
οις, καθάπερ καὶ τὸν[ς] ἄλλο[νς ε]ὐε[ργέ-
τανς, Πρότιμον [Τιμάρχου αὐτὸν καὶ ἐκγό-
ν]ους καὶ τὰ [ἄλλα ὑπάρχεν κτλ.

Varia lectio Tsuntae. Vs. 4 extr. ΑΡΙΣΤΕΥΕ || vs. 6 ΕΠΕ.ΔΗ..ΘΕΝ ΤΩΝΤΤ || vs. 7 in. 3ΟΝ (equidem 3 non iam vidi) || vs. 12 litterae ultimae tres lectae a Ts. nunc recenti fractura deletae.

Recedendum erat a Tsunta in versibus 5. 6, ubi dubitanter scripsit ἀπαχ]θέντων [... ἡ|β]ώντων Μυκανέων, dicens quae fuisse videantur sub fine versus sexti ΤΤ sive ΙΙ fortasse significare numeros. ([τῶν | ἡ]βώντων Ditt. contra lapidem.) — Vs. 14 extr. [Τιμάρχου καὶ τὸνς ἐκ|γόν]ους Ts.


Aetatem tituli recte observat Tsuntas circumscribi annis a. Chr. n. 197 et 195, cum »Argos ceteraque oppida, quae in Argivorum agro«, tenebat Nabis, tyrannus Spartanus (Livius 32, 38; 40. Polyb. 18 (17), 17. — Livius 34, 35; 40). Quod vir Gortynius pro Mycenaeis intercesserat, eius cum tyranno necessitudo facile oriri poterat, quia urbes Cretenses is possidebat (Livius 34, 35). Titulus noster et is qui proxime insequitur, ut adnotat Tsuntas, monstrant falso referre Diodorum 11, 65, Mycenas ab Argivis deletas (cf. ad n. 496) semper inhabitatas iacuisse; reconditas fuisse non ante saeculum tertium e rebus inventis concludit Tsuntas. Certe locus renatus, cum audiat κώμα (sc. Argorum), humilissimae erat conditionis.

Vs. 4 ἀρήτευε δαμ.: »*praesidebat damiorgis*«. Vocis ἀρήτευε (ἀϝρήτευε) exempla servata collegi et sensum constitui *Sitzungsber. d. Berl. Akad.* 1898, p. 637 sq. — Vs. 5. 6 Δαϊφοντεύς Tsuntas censet designare socium phylae, quae Δαϊφοντίς sit etiam in Messenia (Le Bas, *Voyage* II 302); hanc addendam esse phylis quattuor Argivorum, nisi discrepavisse velimus Mycenaeas. Quod cum nullo modo credi possit, de phylis autem Argivis constet e titulis n. 487. 488. 517, Δαϊφοντίς est pars civitatis minor, pagus sive phratria. — Vs. 8 πολυώρηἑ: scribendum erat signum aspirationis, quae Mycenis usurpatur pro vulgari Sigma etiam n. 492 vs. 1. — Vs. 11. 12 κωμε[ί|τ]αις priores; κωμέταις Dittenb., provocans ad analogiam φυλά — φυλέτας. — Vs. 13 τὸνς ἄλλονς, sicut n. 498 vs. 5 τόνς: novi igitur Mycenaei antiquas affectabant formas, quas prisci ineunte fere quinto saeculo non iam adhibebant, nam n. 493 est τούς.

---

498 Lapis calcarius utrimque fractus, supra cymatio instructus, in museo Atheniensi. Repertus in summa arce prope regiam, circa 0,50 m. sub solo. A. 0,43. l. 0,37. cr. 0,41.

Tsuntas, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1887, p. 158. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3316. Dareste, Haussoullier, Reinach, *Recueil des inscr. juridiques* II p. 143.) *Exscripsi.*




Varia lectio Tsuntae. Vs. 1 in. ΣΤΕΡΑΙΙΠ sine dubio mero typothetae errore, cum rectum exhibeatur in transscriptione || vs. 3 in. \ΑΝ, extr. ΔΩΧ || vs. 11 ΤΕΩΣ, sed rectum est et in transscriptione et in citatione p. 159 || vs. 11 extr. ΝΖ.

Θεοῖς· ὑσ]τεραίαι πρατομηνίας, ἀρήτ[ευε δαμιοργῶν ὁ δεῖνα
nomen phylae]ς· Δαμοχάρτου τᾶι κώμαι τ[ῶν Μυκανέων ἐπιδεδωκό-
τος δραχμ]ὰνς πεντακατίανς δεδόχ[θαι .... ἐκδα-
νείζεσθ]αι ὕς κα προαιρῶνται τοὶ κω[μέται, ἐπιμελεῖσθαι
δὲ τὸν τα]μίαγ καὶ τὸγ γροφέα τὸνς ἀ[εὶ ἄρχοντας, ὅπως καὶ
τοῖς δαμι]οργοῖς ἐμφανὲς ἦ, κατεγγ[υᾶσθαι δὲ ...... τῶι τα-
μίαι καὶ τ]ῶι γροφεῖ· εἰ δὲ μὴ ποιοῖεγ κα[τὰ τὰ γεγραμμένα, ...
... δικά]ζεν· αἰ δέ τί κα πένηται, ἄτιτον α[ὐτὸν ἦμεν, αἰ δὲ ....
...... γ]ένηται ἀπὸ τῶν τόκων τῶγ κο[μιζομένων ....
.... ὅρκου, ὡς δεῖ ἄλλως πως ἦμεν ἢ ὥ[ς ....
...... ς Ἀριστέος Δαϊφοντεὺς Μυκανα[ῖος.

Titulus eo qui proxime praecedit vix multo recentior. Ad conformandum initium tenendum est, versum nullum servatis praecessisse; inde a versu quarto e scitis editorum Gallicorum supplementis (praeeuntibus hic illic prioribus) pusilla quidem mutans recepi ea, quae satis certa videntur. In fine scriptum erat nomen aut magistratus aut eius, qui rogationem tulerat. Memorabilis est fluctuatio inter formas dialecticas et vulgares (vs. 4 ὕς — ὗς pro οἷς esse volunt Galli —, vs. 10 ὡς; vs. 7 εἰ, vs. 8 αἰ), quae reducenda erit ad eandem affectationem, quam notavimus ad n. 497 vs. 13. — De ἀρήτευε (vs. 1) adnotavi ad n. 497 vs. 4, de τόνς (vs. 5) ad n. 497 vs. 13, de Δαϊφοντεύς (vs. 11) ad n. 497 vs. 5. 6.

499 Basis lapidis calcarii, a. 0,67. l. 0,15. cr. 0,19. In latere summo est foramen ad iungendum donarium; infima lapidis pars est rudis, ut solo inmittatur. Sub altero tituli versu insculpta est linea.

Exscripsi in museo quod dicitur vici Χαρβάτι.




Δαμ[έας
Ποσειδᾶ[νι.

Tertii fere saeculi. Restitui nomen, quod bene quadrat ad spatium.

---

500 Lamina aenea a. 0,02. l. 0,10, reperta in arce a cacumine paulo remotius inter septentriones et occasum solis, nunc in museo Atheniensi. Sub margine superiore ad dextram est foramen, quo lamina infigatur. Insigni Tsuntae liberalitate designare in meum usum licuit Gillieronio.



Σαλαμίδαι Τρι(- -),
Πρόνομος Εὐβω-
λ(ί)δα.

Non video quomodo expediri possit, nisi nomen sumamus incipiens a Τρι- nescio cur non totum esse scriptum.


Σαλαμίδαι potius fuerit nominativus, designans communem dedicantium gentem, quam dativus significans heroa, cui dedicetur.

Versus tertii litteram alteram scriptam esse Γ confirmant et Wolters et Prott.

---

501 Fragmentum lapidis calcarii ubique fractum. A. 0,26. l. 0,15. cr. 0,11.

Exscripsi in museo quod dicitur vici Χαρβάτι.



Κλεοσθένιε· [χαῖρε.

Titulus tertio a. Chr. n. saeculo certe non recentior unius tantum erat versus. Lambda bis scriptum itemque litterae Kappa linea obliqua inferior.

---

502 In arcis angulo, qui est inter septentriones et occasum solis, fragmentum lapidis calcarii, ut videbatur, stelae sepulcralis.

Belger, *Berliner philologische Wochenschrift* 1897, p. 294.

Α Λ Κ Ε

Ἀλκε[τ - -, Ἀλκε[μαχ - -, alia.

---

503 Pars superior stelae sepulcralis cum aetomate, in quo duplex voluta, et acroteriis, fracta a sinistra. A. 0,19. l. 0,18. In museo Britannico.

Newton, *Greek inscriptions in the Brit. Mus.* II 140.

Χ Α Ι Ρ Ε

- - -· χαῖρε.

---

504 Magna tabula quadrata lapidis calcarii, quam Ross secundum diarium anni 1844 vidit in vetusta ecclesia »*zwischen Kutzopodi und Mykenae*«. Fourmont, e cuius schedis titulum edidit Boeckh C. I. G. 1148, quod ait »inter Kutzopodam et Arbatim« manifesto eundem indicat locum, nam »Arbatim« non dubitabis quin sit pro Χαρβάτι. (De *Kutsopodi* vide infra p. 84.) — Unum et eundem manifesto titulum refert inter Epidaurios Le Bas, *Voyage archéol.* II 156.

Fourmont:

Α Γ Α Θ Ο Κ Λ Η Φ Ε Α
. . Α Τ Ο Σ Χ Α Ι Ρ Ε

Ross:

Λ Θ Ο Λ Λ Η Φ Ι Λ
Α Τ Ε Χ Α Ι Ρ Ε .

Le Bas:

Α Θ Ο Υ Λ Η ϕ Ι Α
Λ Τ Ε Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀγαθοκλῆ φίλ-
τ]ατε· χαῖρε.

---

505 »Inter Kutzopodam et Arbasin« Fourmont, e cuius schedis Boeckh, C. I. G. 1155. (Kaibel, Epigr. Graeca 469. Cougny, Anthol. Pal. III 2, p. 158 n. 408.) Locum certo eundem designare vult Fourm. atque tituli proxime praecedentis, cuius vide lemma. Et re vera nostrum inventum esse »*au village de Carvathi*« ait Pouqueville, *Voyage de la Grèce* 2. *éd.* vol. 5 p. 196, qui per neglegentiam p. 209 iterum exhibet titulum quasi Argis a se deprehensum.

Π Η Γ Η Χ Α Ι Ρ Ε
Τ Ι Κ Τ Ο Μ Α Ι · Ε Ν Π Α Γ Α Ι Σ Κ Α Ι Ο Υ Ν Ο
Α Λ Ο Υ Μ Α Ι
\ Ι Ο Ν Η Σ Κ Ω Π Γ Α Σ Δ Υ Σ Μ - - - -
Ι Σ \\ Ι Σ

Var. lect. Vs. 1 ΠΑΓΗ Pouq. p. 209, ubi cum reliqua plane fere congruentia cum Fourmontianis exhibeat, manifesto ad eius schedas, quas in eadem pagina se contulisse memorat, exemplum suum conformavit. Ipse exscripsisse modo videtur versus 1. 2, quos solos dat p. 196 et in versu quidem altero ΕΝΑΓΑΙΣ.


Πηγή· χαῖρε.
Τίκτομαι ἐν Παγαῖς καὶ [τ]οὔνο[μα | τοῦτο κ]αλοῦμαι,
κα]ὶ [θ]νήσκω π[η]γᾶς δυσμ[- - - - | - - α]ις.

Versum hexametrum restituit Boeckh, nisi quod ΠΑΓΑΙΣ, »etsi res incerta«, ei videbatur appellativum, sed recte Kaibel: »in hoc ipso urbis Megaricae [debebat addere: vel Arcadicae] nomine lusus distichi versatur«. Accepi quoque [τ]οὔνομα a Boeckhio dubitanter propositum; nam etiam in pentametro a Fourmonto sine lacunae indicatione omissum est Η. Initium certe pentametri restituit Kaibel, tum proponens δυσ[μενέεσσι ῥοα]ῖς vel δύσμ[ορος ἐν προχο]αῖς.

II. HERAEVM.

506 Lamina aenea in museo Atheniensi, a. 0,135. l. 0,155. Supra et infra est incolumis.

Exscripsi et imaginem photographicam faciendam curavi. — Laminam novissimo tempore magis mutilatam esse monstrat plenius apographum, quod debetur Kirchhoffio: descripserat is ex ectypo communicato cum eo a viro iuvene Americano, qui se editurum esse titulum rettulit, quod quantum equidem sciam, non est factum. Pleniores Kirchhoffii lectiones in imagine, quae e tribus duas partes verae magnitudinis exhibet, extra margines collocandas curavi.



- ϱ s. o]άθματα τάδ' ἐν ἁγνῶι (s. ἁγνοῖ[ς)
ἢ συνχέοι τὰς ἀϱὰς τὰς
γᾶς τᾶς Ἀϱγείας, τὰ δὲ πάμ[ατα
κ[α θ]άνατον ἢ ἄλλο τι κακὸν ʽ-
ἐ]πι[τ]εχνῶιτο, ἐ. οιϝίσζεις [τ(?)]ο -
ος πϱό[τ]ϱο[π]ος ἐξπϱυα[μ - (s. ἐξπϱυα[σ -)
α]ὶ δὲ μὴ δαμιο[ϱ]γοῖ τις, οἱ μ - (s. σ -)
γᾶς τᾶ]ς Ἀϱγείας καὶ οἵ ϝοι ε - -
- ο τοὶ ʽΥλ(λ)ῆς ἀποδόμ[εν
γᾶς Ἀϱγείας γα κατὰ κ[α -
νον ϝοι ἔττω ποὶ τὰς ʽ-

Vs. 1 ἐν interpunctione diremptum esse a casu suo sequente non mirum; conglutinatur enim cum voce antecedente τάδε, quippe cum vocalis eius finalis efficiat elisionem. — Vs. 2 et 4 ἥ scriptum pro vulgari ἤ. — Vs. 5 ἐ[π (s. ἐ[ν, ἐ[ξ)]οιϝίσζεις (s. - σζείη) explicent peritiores. σζ usurpabatur et pro vulgari ζ (ut n. 554 vs. 4) et pro σ; vide G. Meyer, *Griech. Grammatik* [3] p. 303. — Vs. 6 πϱυ - et vs. 7 δαμιοϱγοῖ nova sunt exempla Iota geminati ante vocales apud Argivos, sicut ἅλιος in titulo Argivo Olympiae reperto n. 693 Dittenb. (Roehl, Inscr. antiq. 34), de qua re conferas Prellwitz, *Dialektinschr.* 3261. — Vs. 8 articulum fuisse ante Ἀϱγείας certum est, quia deest interpunctio, eademque ratione ΓΑ vs. 10 probatur esse particulam (= γε).

---

507 Fragmentum amphorae vel paterae fictilis permagnae, cuius diametros erat trium fere pedum. Repertum a. 1894 in acervo operum fictilium prope radicem occidentalem collis meridionalis, pone murum sustinentem aedificium, quod ad occasum spectat. Mensurae spatii scripti 0,22 : 0,06; litterae incisae altae 0,03.


Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 61 n. VI.

\ Μ Β Ε Ρ Α Μ Ε Ι Μ Ι

Τᾶ]ς Ἥϱας εἰμί.

508 Acula argentea quam in vicinia Heraei repertam esse rettulit is qui vendidit museo Britannico.

A. S. Murray in relatione de administratione musei Britannici a. 1897 (*Archäol. Jahrbuch, Anzeiger* 1897 p. 196). — *Ectypum* stanneum debeo Murrayio.




Τᾶς Ἥϱας.

---

509 Fragmentum lapidis calcarii in museo Atheniensi, repertum ab aedificio ad occasum solis spectante versus meridiem. A. 0,15. l. 0,13. cr. 0,24. Supra incolume, ubi foramen ad inmittendum donarium.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 353 n. III. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*




- ων ἀν[έθηκε.


Incertum num litterae O punctum fuerit inscriptum. — Supplevit Wheeler (qui omisit lineam ultimam).

510 Capitulum Doricum cum summa columnae parte in museo Atheniensi, a. 0,26. l. 0,42. cr. 0,52. Repertum in aedificio, quod ad occasum spectat, prope columnarum interiorum basim tertiam, si a meridie venis. In abaco, cuius ad dextram exacte fere dimidia deest pars, titulus *a*; inter singulas columnae strias binae tituli *b* litterae.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 351 n. I. *Exscripsi* et confeci ectypa. Imagines repraesento ad quintam partem verae magnitudinis redactas.

a





Varia lectio Wheeleri in a. Omissae reliquiae versus primi et duae litterae primae versus alterius. — De versus tertii initio: »*it is possible, but not certain, that the letters* ΤΘΝ *should be read before* Γ«.

a - - - - - - - - - - ἐν]
Νεμέαι Τεγέαι τε [- - Κλεί-
τορι Πελλάνα[ι τε - - -

b Τιμοκ(λ)ῆς μ' ἔθηκε.

Titulus *a* carminis dactylici continet reliquias. Dedicatum est pro victoriis agonisticis, quorum loca, quae quidem servata sunt, omnia redeunt in Pindari carmine inter Nemea relato decimo, quod celebrat Theaeum Argivum: vicisse enim perhibentur vs. 79 sq. cognati eius materni Thrasycles et Antias Nemeae, Pellenae (Theoxenia s. Heraea, de quibus conferas Pindar. Ol. 7, 159. 9, 148. Nem. 3, 82 cum scholiis; Bursian, *Geographie von Griechenland* 2, 342 adnot.), Clitore, Tegeae (Aleaea). Quam quidem congruentiam casui tribuere possis quamvis miro; fortasse tamen Timocles noster — per errorem pro Lamda ⊦ exaratum est Vau — cognatus erat Thrasyclis et Antiae et dedicaverat pro victoriis eorum. Ad quam coniecturam optime quadrat quod victoriae aliae certo interceptae sunt in tituli, cuius dimidium modo tenemus, versu altero (indicatae quidem esse possunt etiam vs. 1 et 3), referuntur autem apud Pindarum praeterea loca haecce: Argi — ubi re vera victoriam reportatam esse expectes e donario in Heraeo collocato —, Sicyon, Isthmus, Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλεις, Lycaeus mons. Titulus noster exaratus putandus est ante Ol. 80; cf. Kirchhoffii tabellam priorem.

---

511 Lapis porus insertus muro inter templum recentius et aedificium, quod ad occasum spectat. Mensurae 1,22 : 0,32.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 57 n. XIX.

ΚⱵΕΟΜΑ+ΟΣ Κλεόμαχος.

---

512 Lapis, qui ut inaedificaretur muro prope stoam littera *C* designatam in forma *American Journal* vol. 8 tab. 12, decisus est, ut nunc altus sit pedem unum, digitos undecim et dimidium; longus pedes duos, digitos undecim et dimidium. Litterae altae digitos circa tres. Deest angulus superior sinister.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 352 n. II.

D|FOИV Σ|O

Διϝωνυσίου.

Litteram quartam transscripsi ω propter n. 529 vs. 20. 21, n. 530 vs. 21. Eiusdem litterae punctum verisimillime laesione ortum esse dicit editor.

---

513 Lapis valde mutilus, repertus in aggere superiore a templo vetustiore ad meridiem. Altus pedem unum digitos tres; mensurae reliquae: pedes duo digiti tres, pedes duo.


Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 356 n. VII.

Α ι ι Α Μ Ι Ἀ[ρτ]αμι.

Supplevit Wheeler.

514 Basis lapidis calcarii in museo Atheniensi, reperta inter stoae *C* bases columnarum interiorum. A. 0,085. l. 0,27. cr. 0,28. In medio latere summo foramen.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1994, p. 353 n. V litteris minusculis, imagine repraesentatur ibidem p. 549; cf. 11, 1896, p. 61 adn. *Exscripsit* et ectypum mihi confecit *Fredrich*; *contuli lapidem.* Repraesento ad quartam verae magnitudinis partem redactam.



- - - - - -,
Ὑβρίλας
ἀνεθέτα[ν.

Ὑβρίλας nomen occurrere adnotat Wheeler *Bull. de corr. Hell.* 15, 1891, p. 412 vs. 10 et apud Bazin, *Archives des missions scientifiques* 2, 369. — Notanda est litterae Beta forma; similis est n. 554 vs. 2. 6.

---

515 Basis rotunda lapidis calcarii reperta prope murum septentrionalem aedificii, quod ad occasum spectat. A. 0,41. diametros 0,50. In summo latere foramen quadratum magnum circumdant foramina tria, ut certo impositus fuerit tripus. Litterae altae 0,03—0,035.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 58 n. XX.

DEHHIⱵⱵΟΣ


Δέξξιλλος.

Litterae Xi similis est forma in catalogo Cleonaeorum Athenis sepultorum, qui in pugna Tanagraea Ol. 80, 4 occubuerant, C. I. A. I 36. — Geminatae litterae Xi exempla attulit Röhl, Inscr. antiq. 150, quibus addantur *Athen. Mitth.* 21, 1896, p. 249 vs. 9. C. I. G. II 2852 vs. 46. *Bull. de corr. Hell.* 3, 1879, p. 62 vs. 9. 10.

---

516 Fragmentum lapidis calcarii in museo Atheniensi, a. 0,28. l. 0,20. cr. 0,14. Repertum ab aedificio, quod ad occasum spectat versus meridiem. Margo sinister servatus.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 353 n. IV. — *Exscripsit Fredrich*; *contuli.*




Κό[ρ]ινθος, - - - -,
Λυκῖνος, Ἀρ[- - -, ἰ-
αρομνάμο[νες.

Vs. 1 in. pleniorem lapidem vidit W.: ⱵΟΚ.

Indicati fuisse videntur iaromnamones quattuor sicut in titulo proxime sequente.

517 Pars superior stelae cum aetomate e lapide calcario in museo Atheniensi, a. 0,42. l. 0,40. cr. 0,29. Infra titulum excavatus est campus quadriangulus, l. 0,22, in cuius summa parte sunt foramina tria, e quibus ovatum est medium, reliqua duo quadriangula canali coniuncta sunt cum margine, ut fibulis metallicis aliquid munitum fuisse appareat.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 42 n. XII. (Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 861.) — *Exscripsi* et confeci ectypum. Repraesento ad quartam partem verae magnitudinis redactam.



῾]Α στάλα καὶ ὁ τελαμὼ(ν)
ἰ]αρὰ [τ]ᾶς ῞[Η]ρας τᾶς Ἀργε-
ί]ας. ἰαρομνάμονες τοίδε·
ΠυρϝαλίωνΔυμάνς ἀϝρήτευε,
Ἀ]λκαμένης ῾Υλλεύς,
Ἀ]ριττόδαμος ῾Υρνάθιος,
Ἀμφίκριτος Πανφύλ-
λ]ας.

Var. lect. Vs. 1 litteram ultimam dat O Richardson, sed certum mihi videbatur inscriptam fuisse crucem, ut hic sicut in versu tertio Omicron plane aequale evadat litterae Theta (vs. 6 extr.), quod vix nequit non tribui lapidarii errori || vs. 2 interpunctionem priorem et sequentis Tau reliquias omittit R. || vs. 4 litteram primam R. dicit fuisse posse et ⊟ et Π; equidem certum duco Π, cum in loco, ubi foret ima spiritus linea transversa, incolumis videatur lapis || vs. 7 in. ΑΜΦΙΚ ϽΣ »Ἀμφίκ[ριτ]ος *would be a natural suggestion, but there seem to be reasonable clear traces of an omicron, as well as of the other two letters included in brackets*« R., unde scribit Ἀμφίκ[οιτ]ος, sed quod Omicron esse putat, pars est litterae Rho || vs. 8 in. lineolam ante Α omittit R., transscribit igitur Πανφύλ|ας.

Vs. 1 primo loco deletum manifesto est ⊟; in fine Ny lapicidae errore est omissum. — Quin τελαμών, qui una cum stela sacrari dicitur Iunoni, id ipsum sit quod stelae inmissum fuisse exposuimus in lemmate, non dubitabimus, vix autem aliud inmissum fuisse potest atque anaglyphum marmoreum sive aeneum. Et manifesto sic usurpatum reperimus vocem in titulo Bithynio Le Basii n. 1143, ubi rectum sensum non deprehendisse Waddingtonium mireris: ὁ δῆμος ἐτίμησεν Ἀνουβίωνα -- εἰκόσιν γραπταῖς τελείαις δυσὶν καὶ ἄλλῃ γραπτῇ ἐνόπλῳ καὶ τελαμῶνι λιθίνῳ; distinguuntur imagines pictae et ectypo expressa. Cum haud pauca extent decreta, in vicinia Ponti Euxini reperta omnia, quae τελαμῶνι inscribi iubentur, patet sensum »*tabula ectypo instructa*« derivatum esse a latiore »*tabula*« (quae vocis significatio facile oriri poterat e principali eius notione: *fascia, lorum*): C. I. G. II 2053*b*. 2056 (cf. *Athen. Mitth.* 10, 1885, p. 315 n. 4). Latyschew, Inscr. Pont. Eux. I 29. 351. 353. 438 etc. II 17 vs. 31. 25 vs. 20; *Bull. de corr. Hell.* 15, 1891, p. 482 (= *Athen. Mitth.* 24, 1899, p. 416) vs. 14 habes: ὁ τελαμὼν τῶν ἐφήβων »*tabula cum indice epheborum*«. Sed in eadem regione aliter etiam intellectam esse vocem, ut distinxerint eam a stela, testis est titulus C. I. G. II add. 2056*d*, quem sic supplevit Boeckh: ἀναγράψαι εἰς στήλην λευκοῦ λίθου [κα]ὶ ἀναθ[εῖναι αὐτὴν ἐπὶ τελα]μῶνος, interpretatus pilae (τελαμῶνι) apponendam esse stelam; sed mira est pila ad fulciendam stelam fabricata et scribendum erit μετὰ τελα]μῶνος: »*collocanto stelam cum ectypo*«.

Vs. 4 sq. de phylis Doricis, e quibus iaromnamones singuli sunt constituti, vide quae adnotavimus ad n. 488. Lucramur formam antiquissimam Δυμάνς. — Vs. 4 ἀϝρήτευε; cf. n. 497 vs. 4. — Versuum quarti et sexti extrema in transversum scripta, quia lapicida singula nomina cum versu incipere voluit.

518 Fragmentum lapidis calcarii.

Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854 p. XVI. Rangabé, *Ausgrabung beim Tempel der Hera* (Halis 1855) p. 21. Idem, *Antiquités Helléniques* II 361*b*. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 136.)


Ξ Ρ Ο Σ Α Υ Λ Α
Ε F Ο Ι Κ Ι

Var. lect. Vs. 1 in. ⊓ Rang.

Vs. 2 est ἐϝοικι- a οἰκέω (cf. Ahrens, Dial. 2, 207) sive -ε (-η?) ϝοικι-a ϝοικία s. ϝοικίον. Ad quod apte legeris in versu priore μέ]ρος αὐλᾶ[ς s. π]ρὸς αὐλα-. Sed possis etiam ἀστέ]ρος αὐγά s. π]ρὸς αὐγά[ς, π]ροσαυ[δ]α-: horum si quid verum, tenemus carminis reliquias.

519 Fragmentum magnae baseos rotundae e lapide calcario in museo Atheniensi, a. 0,23. l. 0,25. cr. 0,23. Littera prior a. 0,025, altera 0,02. Supra instructum cymatio, infra cymatio tripartito cum maeandro.

Bursian, *Bullettino d. Inst.* 1854 p. XVI. Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 57 n. XVIII. — *Exscripsit Fredrich.*



Mo - -


520 Basis lapidis calcarii, a dextra fracta. Infra cymatium triplex, sub quo ornamentum maeandricum. Litterae magnae et bonae aetatis.
Rangabé, *Ausgrabung beim Tempel der Hera* p. 21. (Cophiniotis, Ἱστορία τοῦ Ἄργους I 136.)

Μ Ο
Χ Ε

Nomina erant dedicantis et patris eius.

---

521 Fragmentum in museo Atheniensi, a. 0,15. l. 0,31. cr. 0,135. Ad sinistram servatus margo.
Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 358 n. IX. — *Contuli.*




Var. lect. Vs. 9 in. omissum ᵛΛ.

\- - - - - - - - - ν Κο[ρινθίωι ἀρ-
γυρίωι. αἰ δέ [τ]ίς κα τῶν πριαμέν[ων - -
.ντι τυγχάνοντας πωλὲν. τὰ π - - - - -
στ(?)]αθμὰ τὸν λιπόντα ἔνοχον ἀγ- (s. ἀ[π -) - -
.ων καί τίς τι ἔχει πᾶμα τῶν (s. παμάτων) κ[α (s. κ[λ) -
.. ἄγωντι τοὶ ἰαρομνάμονες - - - - - -
.. δικ]άσσαι κατὰ τὸν νόμο[ν - - - - -
.. ἔγγρα]φον· αἰ δέ κα μὴ ἐν - - - - -
..... δι]κάσσωντι ὑπὲ[ρ - - - - - - -

Vs. 3 πωλέν: de infinitivo in -εν desinente vide Ahrens, De dialectis 2, p. 177 n. 7. — Vs. 7 δίκ]ασσαι (*sic*) supplevit Allen apud Wheelerum. — Vs. 8 in. ἀδε]λφόν Wheeler, quod veri valde dissimile mutavi.

---

522 Fragmentum lapidis calcarii in museo Atheniensi, a. 0,28. l. 0,14. cr. 0,13. Margo sinister servatus. — *Exscripsi.*




\- - - - - - - -
τὸυς (s. τὸν σ) - - - -
τὰς τ - - - - - - -
ον σω[- - - - - - -
ξε τελε - - - - - - -
ὅσσων κα [- - - γρα-
ψάντω ἐν - - - - -
ἔχοντας - - - - - -
ὑπὲρ τοῦ τ- (s. τούτ -) - -
τοῦ βωμοῦ - - - -
ματα ὡς δὲ - - - -
κα ἃ (s. ἁ) Ἥρα ἔχηι [- - ἱαρα(?)-
τεύων ὅσσα - - - -
.. δετοὶ (s. δὲ τοὶ) πέν[τε - -

De ὅσσος vs. 6. 13 cf. Ahrens, De dialectis 2, 99.

---

523 Fragmenta sex, quorum quinque cohaerent, reperta in stoa *C*, nunc teste Wheelero in museó Atheniensi, ubi non inveni.
Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 355 n. VI (*b* litteris minusculis).

a



b
αυκ

a

\- - - - - - - ον
\- - - - - - τ]ρίτον


\- - τα ΠΠΠΠΠ
ξύλω]ν αὔων ΠΠΠΠΠ

\- μέτρον ἡ(μίπλεθρον), τιμὰ ΠΘΘΘΘ
\- τρος
\- - αδ

In versu quinto Θ manifesto significat drachmas decem (cf. n. 481) atque si hunc versum et primum respexeris tituli n. 524, non dubitabis quin Π drachmas designet quinquaginta sicut in titulis Argivis n. 616. 617. Quod Π in nostri versu tertio et quarto quinquies, in n. 524 vs. 3 et n. 553 vs. 2 bis, in n. 525 vel sexies est positum, his locis sumemus non significari nummos, sed plethrum unum indicari nota Π, semper fortasse distincta puncto inscripto, quod bis in tituli n. 523 versu quarto tradit Wheeler; certe tituli n. 524 et 525 nisi me fallit memoria non bene sunt servati. Vocem π]λέθρα habes n. 524 atque n. 523 vs. 5 Η recte solvisse mihi videor ἡμίπλεθρον; quadrat ad sequentem mensurae indicationem supplementum quod recepi Wheeleri in versu quarto; certe quod ὤ]νὰ ὑῶν coniecit Allen interpretatus de hostiis, vocem supervacaneam ὠνά additam esse veri quam minime est simile. Graviter denique confirmari videtur explicatio mea titulo n. 553, ubi vide.

---

524 Frustulum lapidis calcarii in museo Atheniensi. A. 0,07. l. 0,08. — *Exscripsi.*



τιμ]ὰ ΠΘΘΘ:[:
\- - π]λέθρα
\- - ΠΠ

Vide quae adnotavimus ad titulum proxime praecedentem, e quo etiam supplevi τιμ]ά. Vs. 1 in fine indicatae sunt drachmae singulae; cf. n. 481.

525 Frustulum in museo Atheniensi, a. 0,09. l. 0,10. — *Exscripsi.*




Vide quae adnotavimus ad n. 523.

---

526 Fragmentum lapidis calcarii in museo Atheniensi. Margo sinister servatus. A. 0,12. l. 0,16. cr. 0,10.

Wheeler, *American Journal of Archaeology* 9, 1894, p. 356 n. VIII. — *Exscripsi.*



ὁλκὰ μναῖ ΔΔΙΙ=ΙΙ
τον, ὁλκὰ μνᾶ, α-
δης, ποτήρια Κ[υ]δ[ώνια(?)
φιάλα ἁ Ἐπιδώ[τ]α
ἀργύρεον, ὁλκὰ μ[νᾶ
ἐπανθέματα· λειο-
φιάλαν ὁλκὰν δρα[χμα-
φιάλαν ὁλκὰ δραχ[μα-
φιάλα[ν ὁλ]κὰ δραχ[μα-

Varia lectio Wheeleri. Vs. 1 in. omisit Ͻ || vs. 3 extr. ΡΙΑΙ ∠ (moneo litterae, quae est post Κ, certam esse tantum hastam rectam) || vs. 4 ΛΑΛΕ..ΔΩ.Α || vs. 8 extr. ΔΡ⊦ || vs. 9 nil nisi ⊦ΛΛ.

Catalogus rerum in aedem Iunonis sacratarum. — Vs. 1 Wh. significari censet minas viginti duas, drachmas viginti, obolos duos. Quod si verum est (ut videtur), drachmarum et obolorum notae adhibitae n. 481. 524. 616. 617 erant mutatae, ac certe tituli nostri litteratura recentiorem arguit aetatem, tertium scilicet saeculum. — Vs. 4 Ἐπιδώ[τ]α: cf. Paus. 2, 27, 6 (Epidauri) ἔστι δὲ ἱερὸν θεῶν οὓς Ἐπιδώτας ὀνομάζουσιν; Iuppiter audiebat Ἐπιδώτας apud Mantineenses (Paus. 8, 9, 2) et teste Hesychio apud Lacedaemonios (cf. etiam Paus. 3, 17, 9). — Vs. 6 ἐπανθέματα cum ante lineam incipiat, manifesto est superscriptio: »*res insuper dedicatae*«, quae tum mutata ratione indicantur casu accusativo.


---

527 Fragmentum lapidis calcarii in museo Atheniensi, a. 0,40. l. 0,19. cr. 0,085.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 51 n. XIV. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*

[*Exemplum vide in latere altero.*]

Varia lectio Richardsoni (omissiones non noto). Vs. 4 in. ΑΗΙ || vs. 7 primam litteram R. dat Α et re vera est ambiguum utrum Δ an Α exaraverit lapicida || vs. 20 ΟφΕΙΛ || vs. 22 ΑΙΠΗΙΜ...ΑΜΥ || vs. 23 in. vidit plenius ΝΑ.



- - - - νας Μι[δ]ί[α(?)
- - ωνος Δυμᾶνος
- - - α, Ἀρχέμαχο[ς] Ἀρχε[μάχου
- α Φιλεία, Δα[μέ]ας [Σ]ωφίλ[ου
- ν, Ἀριστοπολὶς Ναυπλία, Δ - -
- α, Λακὼ Λ(?)υ . . Ἀριστολ[α-
- - Δαιρὶς - - - - - -
- - - άτη[ς] Ἀρκέ[α(?)
- - - ις - μ - - - - - -
- - - - στ]ρατ - - - - - [ε]ὺς
- - - αφάης Ἐσ - - - - - -
- - Σωστρατ - - - - -
- - Χ]αρίτα Ἀρι[στ-
- - Λῦσις Ἀ-
- - Ἀγάθων - -
- - Κληγόρα Π-
- - Ἀρ]χίππα Πα-
- - - κλείδα, Ὀκλ . ο-
- - ι]ππος Κλεο - -
- - - ον, Ὀφελᾶ[ς] Ἀ[ξ]ιδά[μου
- - - νης Κλεο[λ]αΐδα
- - - ν, Ὑπέρνικο[ς] Ἀμύ[ντου
- - - ν Ἀράχνας.

Vs. 2 indicata est phyla, vs. 5 urbs patria. — Vs. 20 recte mihi finxisse videor nomen patris, cf. Ἀξίπολις C. I. A. II 482 vs. 116.

---

528 Fragmentum a. 0,07. l. 0,18. cr. circa 0,08. Nunc a dextra parvum frustulum est defractum.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 53 n. XV.

ΚΕΙ
ΝΚΙΟΝΑΡΙ . . . . . ΙΜΑΧ
ΦΙΛΩΝΙΔΑΝΦΙ . . . . . ʹΟ
ΠΙΣΤΑΝΑΝΘΙΠ
ΡΥΣΙΠΠΟΝΣΟ
Ν


\- - - - - - - κε -
Φυλ]άκιον Ἀρι[στὼ Συμ(?)]μάχου
Φιλωνίδαν Φι[λ - - -
Πίσταν Ἄνθιπ[πος
Χ]ρύσιππον Σω -
\- - - - -

Veri non dissimile censet Richardson eiusdem tituli esse atque n. 527, sed obstare videtur, quod in nostro perhibentur nomina casu accusativo. Conieceris fuisse catalogum manu missorum (cf. n. 529). Vs. 2 Φυλ]άκιον et Ἀρι[στώ, vs. 5 Χ]ρύσιππον recepi a Richardsonio.

---

529 Repertum in aedificio quod ad occasum spectat, nunc in museo Atheniensi. A. 0,36. l. 0,23. cr. 0,12. Margo sinister servatus.

Richardson, *American Journal of Archaeology* 11, 1896, p. 49 n. XIII. — *Exscripsit Fredrich; contuli.*



\- - - - -
Ὠφελίω[να
Σωκρατ -
Σωκρατ - -
Τελλέα - -
Ἀνθίδα Δο -
Σωτηρίδα - -
Συνέταν Γο[ργ - -
Σ]ώιβιον Σωκρα[τ -
Ἀφροδιτίαν Δαμ -
Μικυλίωνα Σωπα[τρ -
Μοσχίωνα Ἀρχεκρ[ατ -
Πίσταν Φιλωτὶς Πο - -
Σωκράτειαν Φιλωτὶ[ς Πο - -
Ἀ]γάθωνα Ναύαρχος
Δα]μοσθένειαν Νικο[μ - -
Ἀριστ]οκράτειαν Ἐπικρα[τ -
. . . . ον Θερσίων Δαϊφο[ντεὺς
. . . . ναν Φιλοκράτεια Πα[λ -
. . . . . αν Ἐπικλῆς Διϝωνυσ[- -
. . . . . . Δαμοσθένης Διϝων[υσ - -
\- -   Σύρα Παιονὶς
. . . . ν Ἀριστόπολις Κε -
. . . . . Ἄλ - s. Ἄρ]κετος Κλε[όπ]ολις
. . . . ς Ἀνα - -
. . . . Ἰλ[υρι -


Titulus saeculi tertii parte priore vix recentior.

Vs. 15 in tertio Alpha et vs. 16 in priore Epsilon lineae mediae a lapicida sunt omissae. — Intellexit Richardson esse catalogum manu missorum, post quorum nomina casu accusativo posita referantur nominativo patroni. Quid significaverint nomina, quorum initia tertio loco servata sunt in versibus 13. 18—21, dubium; cum autem probabiliter restituisse mihi videar Δαϊφο[ντεύς (de quo vide ad n. 497 vs. 5. 6), singulis patronis addita fuerit pagi sive phratriae designatio. Certe nomen heroicum Δαϊφόντας gessisse hominem veri non nimis est simile. Peculiarem fuisse rationem versus 21 monstrat spatium vacuum relictum ante et post Σύρα Παιονίς, quae licet nominativo sint posita magis redolent servae appellationem quam patronae. Et sane inde ab hoc versu mutata fuerit tituli ratio; habes enim in versu 24 una positos nominativos duos. Vs. 26 conieci fuisse ethnicum sicut vs. 22, Ἰλύριος s. Ἰλυρία.

---

Vs. 2 σῆς ἀρετῆς de deo dictum sicut in carminis Isylli (n. 950) versibus 57. 79; cf. C. I. G. 2715 *a* vs. 6 (recta explicatio debetur S. Reinachio, *Bull. de corr. Hell.* 9, 262 sq.), C. I. A. IV 2, 1426 *b*, titulum Cretensem, in quo verum agnovit Zingerle, *Athen. Mitth.* 21, 75. — Vs. 7 κεῖμαι: praesens historicum. — Vs. 9 ἔμπνος στῆθος contra magnam stelam inculcatum ad versum replendum, quamquam Aesculapii praeceptum ad solam spectat manuum debilitatem. — Vs. 10 sq. sensus, sane non eleganter expressus, fuerit: »sed tu, qui mihi persuasisti, ut hunc lapidem tollerem, adiutor (παιάν) mihi (es) ad vitam sine morbo degendam«. — Vs. 11 quod priores cuncti scripserunt ἀρᾶσθαι non intellego. — Vs. 12 ad ἄνοσον διάγειν cf. Hippocrat. Epid. I 1 extr. τὰ δὲ ἄλλα ὅσα κατ' ἰητρεῖον ἀνόσως διῆγον.

955 N. 3. Stela marmorea, ornata in summa parte acroterio et utrimque acroteriis dimidiatis opere anaglypho effectis. Inserta erat pavimento domus medio aevo proxime a templo Aesculapii exstructae. A. 1,0. l. 0,50. cr. 0,09. In fine versuum multorum scriptura est compressa.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 227 n. 60. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 5. Idem imaginem tituli phototypicam proponit Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ 279. Lapidem contulit Baunack, *Aus Epidauros* 11. (Wilamowitz, *Isyllos von Epidauros* 116. Dittenberger, Sylloge [2] 804.) Cf. Pantazides, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1886, p. 141. Zacher, *Hermes* 21, 1886, p. 473. Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3, p. 154. — *Contuli lapidem et exscripsi ex ectypo.*

ΕΠΙΙΕΡΕΩΣ Π ΑΙΛ ΑΝΤΙΟΧΟΥ

ΜΙΟΥΛΙΟΣΑΠΕΛΛΑΣΙΔΡΙΕΥΣΜΥΛΑΣΕΥΣΜΕΤΕΠΕΜΦΘΗΝ
ΥΠΟΤΟΥΘΕΟΥΠΟΛΛΑΚΙΣΕΙΣΝΟΣΟΥΣΕΝΠΙΠΤΩΝΚΑΙΑΠΕΨΙ
ΑΙΣΧΡΩΜΕΝΟΣΚΑΤΑΔΗΤΟΝΠΛΟΥΝΕΝΑΙΓΕΙΝΗΕΚΕΛΕΥΣΕΝ
ΜΕΜΗΠΟΛΛΑΟΡΓΙΖΕΣΘΑΙΕΠΕΙΔΕΕΓΕΝΟΜΗΝΕΝΤΩΙΕΡΩΕ
ΚΕΛΕΥΣΕΝΕΠΙΔΥΟΗΜΕΡΑΣΣΥΝΚΑΛΥΨΑΣΘΑΙΤΗΝΚΕΦΑΛΗΝ
ΕΝΑΙΣΟΜΒΡΟΙΕΓΕΝΟΝΤΟΤΥΡΟΝΚΑΙΑΡΤΟΝΠΡΟΛΑΒΕΙΝΣΕΛΕΙ
ΝΑΜΕΤΑΘΡΙΔΑΚΟΣΑΥΤΟΝΔΙΑΥΤΟΥΛΟΥΣΘΑΙΔΡΟΜΩΓΥΜΝΑΖΕ
ΣΘΑΙΚΙΤΡΙΟΥΠΡΟΛΑΜΒΑΝΕΙΝΤΑΑΚΡΑΕΙΣΥΔΩΡΑΠΟΒΡΕΞΑΙΠΡΟΣ
ΤΑΙΣΑΚΟΑΙΣΕΝΒΑ^{ΛΑ}ΝΕΙΩΠΡΟΣΤΡΙΒΕΣΘΑΙΤΩΤΟΙΧΩΙΠΕΡΙΠΑΤΩΧΡΗ
ΣΘΑΙΥΠΕΡΩΩΑΙΡΑΙΣΑΦΗΠΗΛΩΣΑΣΘΑΙΑΝΥΠΟΔΗΤΟΝΠΕΡΙ
ΠΑΤΕΙΝΠΡΙΝΕΝΒΗΝΑΙΕΝΤΩΙΒΑΛΑΝΕΙΩΕΙΣΤΟΘΕΡΜΟΝΥΔΩΡ
ΟΙΝΟΝΠΕΡΙΧΕΑΣΘΑΙΜΟΝΟΝΛΟΥΣΑΣΘΑΙΚΑΙΑΤΤΙΚΗΝΔΟΥΝΑΙ
ΤΩΙΒΑΛΑΝΕΙΚΟΙΝΗΘΥΣΑΙΑΣΚΛΗΠΙΩΗΠΙΟΝΗΕΛΕΥΣΕΙΝΙΑΙΣ
ΓΑΛΑΜΕΤΑΜΕΛΙΤΟΣΠΡΟΛΑΒΕΙΝΜΙΑΔΕΗΜΕΡΑΠΙΟΝΤΟΣΜΟΥΓΑ
ΛΑΜΟΝΟΝΕΙΠΕΝΜΕΛΙΕΜΒΑΛΛΕΕΙΣΤΟΓΑΛΑΙΝΑΔΥΝΗΤΑΙΔΙΑΚΟ
ΠΤΕΙΝΕΠΕΙΔΕΕΔΕΗΘΗΝΤΟΥΘΕΟΥΘΑΤΤΟΝΜΕΑΠΟΛΥΣΑΙΩΜΗΝΑ
ΠΥΙΚΑΙΑΛΣΙΝΚΕΧΡΕΙΜΕΝΟΣΟΛΟΣΕΞΙΕΝΑΙΚΑΤΑΤΑΣΑΚΟΑΣΕΚΤΟΥ
ΑΒΑΤΟΥΠΑΙΔΑΡΙΟΝΔΕΗΓΕΙΣΘΑΙΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝΕΧΟΝΑΤΜΙΖΟΝ
ΚΑΙΤΟΝΙΕΡΕΑΛΕΓΕΙΝΤΕΘΕΡΑΠΕΥΣΑΙΧΡΗΔΕΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙΤΑΙΑΤΡΑ
ΚΑΙΕΠΟΙΗΣΑΑΕΙΔΟΝΚΑΙΧΡΕΙΜΕΝΟΣΜΕΝΤΟΙΣΑΛΣΙΚΑΙΤΩΙΝΑΠΥ
ΙΥΓΡΩΙΗΛΓΗΣΑΛΟΥΜΕΝΟΣΔΕΟΥΚΗΛΓΗΣΑΤΑΥΤΑΕΝΕΝΝΕΑΗΜΕ
ΡΑΙΣΑΦΟΥΗΛΘΟΝΗΨΑΤΟΔΕΜΟΥΚΑΙΤΗΣΔΕΞΙΑΣΧΙΡΟΣΚΑΙΤΟΥ
ΜΑΣΤΟΥΤΗΔΕΕΞΗΣΗΜΕΡΑΕΠΙΘΥΟΝΤΟΣΜΟΥΦΛΟΞΑΝΑΔΡΑΜΟΥ
ΣΑΕΠΕΦΛΕΥΣΕΤΗΝΧΕΙΡΑΩΣΚΑΙΦΛΥΚΤΑΙΝΑΣΕΞΑΝΘΗΣΑΙΜΕΤΟ
ΛΙΓΟΝΔΕΥΓΙΗΣΗΧΕΙΡΕΓΕΝΕΤΟΕΠΙΜΕΙΝΑΝΤΙΜΟΙΑΝΗΘΟΝΜΕ
ΤΕΛΑΙΟΥΧΡΗΣΑΣΘΑΙΠΡΟΣΤΗΝΚΕΦΑΛΑΛΓΙΑΝΕΙΠΕΝΟΥΜΗΝΗΛ
ΓΟΥΝΤΗΝΚΕΦΑΛΗΝΣΥΝΕΒΗΟΥΝΦΙΛΟΛΟΓΗΣΑΝΤΙΜΟΙΣΥΝΠΛΗ
ΡΩΘΗΝΑΙΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣΤΩΕΛΑΙΩΑΠΗΛΛΑΓΗΝΤΗΣΚΕΦΑΛΑΛΓΙ
ΑΣΑΝΑΓΑΡΓΑΡΙΖΕΣΘΑΙΨΥΧΡΩΠΡΟΣΤΗΝΣΤΑΦΥΛΗΝΚΑΙΓΑΡΠΕΡΙ
ΤΟΥΤΟΥΠΑΡΕΚΑΛΕΣΑΤΟΝΘΕΟΝΤΟΑΥΤΟΚΑΙΠΡΟΣΠΑΡΙΣΘΜΙΑΕΚΕ
ΛΕΥΣΕΝΔΕΚΑΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΑΥΤΑΧΑΡΙΝΕΙΔΩΣΚΑΙΥΓΙΗΣΓΕ
ΝΟΜΕΝΟΣΑΠΗΛΛΑΓΗΝ

Ἐπὶ ἱερέως Πο(πλίου) Αἰλ(ίου) Ἀντιόχου.
Μ(ᾶρκος) Ἰούλιος Ἀπελλᾶς Ἰδριεὺς Μυλασεὺς μετεπέμφθην
ὑπὸ τοῦ θεοῦ, πολλάκις εἰς νόσους ἐνπίπτων καὶ ἀπεψί-
αις χρώμενος. κατὰ δὴ τὸν πλοῦν ἐν Αἰγείνῃ ἐκέλευσέν
με μὴ πολλὰ ὀργίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐγενόμην ἐν τῷ ἱερῷ, ἐ-
κέλευσεν ἐπὶ δύο ἡμέρας συνκαλύψασθαι τὴν κεφαλήν,
ἐν αἷς ὄμβροι ἐγένοντο· τυρὸν καὶ ἄρτον προλαβεῖν, σέλει-
να μετὰ θρίδακος· αὐτὸν δι' αὑτοῦ λοῦσθαι· δρόμῳ γυμνάζε-
σθαι· κιτρίου προλαμβάνειν τὰ ἄκρα, εἰς ὕδωρ ἀποβρέξαι· πρὸς
ταῖς Ἀκόαις ἐν βαλανείῳ προστρίβεσθαι τῷ τοίχῳ· περιπάτῳ χρῆ-

σθαι ὑπερώῳ, αἰώραις· ἁφῇ πηλώσασθαι· ἀνυπόδητον περιπατεῖν· πρὶν ἐνβῆναι ἐν τῶι βαλανείῳ εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ, οἶνον περιχέασθαι· μόνον λούσασθαι καὶ Ἀττικὴν δοῦναι τῶι βαλανεῖ· κοινῇ θῦσαι Ἀσκληπιῷ, Ἠπιόνῃ, Ἐλευσεινίαις· γάλα μετὰ μέλιτος προλαβεῖν. μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ πιόντος μου γάλα μόνον εἶπεν »μέλι ἔμβαλλε εἰς τὸ γάλα, ἵνα δύνηται διακόπτειν«. ἐπεὶ δὲ ἐδεήθην τοῦ θεοῦ θᾶττόν με ἀπολῦσαι, ᾤμην (ν)άπυι καὶ ἁλσὶν κεχρειμένος ὅλος ἐξιέναι κατὰ τὰς Ἀκόας ἐκ τοῦ ἀβάτου, παιδάριον δὲ ἡγεῖσθαι θυμιατήριον ἔχον ἀτμίζον καὶ τὸν ἱερέα λέγειν »τεθεράπευσαι· χρὴ δὲ ἀποδιδόναι τὰ ἴατρα«. καὶ ἐποίησα ἃ εἶδον, καὶ (κε)χρειμένος μὲν τοῖς ἁλσὶ καὶ τῶι νάπυι ὑγρῶι ἤλγησα, λούμενος δὲ οὐκ ἤλγησα. ταῦτα ἐν ἐννέα ἡμέ[ρ]αις, ἀφ᾽ οὗ ἦλθον. ἥψατο δέ μου καὶ τῆς δεξιᾶς χιρὸς καὶ τοῦ μαστοῦ· τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐπιθύοντός μου φλὸξ ἀναδραμοῦσα ἐπέφλευσε τὴν χεῖρα, ὡς καὶ φλυκταίνας ἐξανθῆσαι, μετ᾽ ὀλίγον δὲ ὑγιὴς ἡ χεὶρ ἐγένετο. ἐπιμείναντί μοι ἄνηθον μετ᾽ ἐλαίου χρήσασθαι πρὸς τὴν κεφαλαλγίαν εἶπεν· οὐ μὴν ἤλγουν τὴν κεφαλήν. συνέβη οὖν φιλολογήσαντί μοι συνπληρωθῆναι· χρησάμενος τῷ ἐλαίῳ ἀπηλ(λ)άγην τῆς κεφαλαλγίας. ἀναγαργαρίζεσθαι ψυχρῷ πρὸς τὴν σταφύλην — καὶ γὰρ περὶ τούτου παρεκάλεσα τὸν θεόν —, τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς παρίσθμια. ἐκέλευσεν δὲ καὶ ἀναγράψαι ταῦτα. χάριν εἰδὼς καὶ ὑγιὴς γενόμενος ἀπηλλάγην.


Recte ex ethnico duplici Ἰδριεὺς Μυλασεύς coniecisse videtur Wilamowitz, vicum Idrianta tum partem fuisse Mylasorum, de qua re vix gravem dubitationem movit Dittenberger, quia praemissum sit corpus minus. Apellam postea non solum civitatem Atticam adeptum, sed nobilissimae Eumolpidarum genti adscriptum, immo eius praesidem creatum esse, perspexit Wilamowitz e titulo Eleusinio C. I. A. III 731 (cf. Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1894, p. 185 n. 131): Εὐμολπίδαι τὸν ἄρχοντα Μᾶρκον Ἰούλιον Ἀπελλᾶν Μαραθώνιον, υἱὸν Μ. Ἰουλίου Δαμιανοῦ Μυλασέως καὶ Φλ. Πώλλης κτλ. Titulus noster e certo litteraturae indicio adscribendus est alteri p. Chr. n. saeculo.

Etiam in singulis explicandis praeclare meruit Wilamowitz, e quo quae adnotabo fere omnia sunt deprompta.

Vs. 1 pater sacerdotis eponymi dedicavit n. 1028. — Vs. 7. 9. 15 προλαβεῖν: evanuit fere praepositionis vis (Wilam.). — Vs. 9 ad κιτρίου laudat Wilamowitz Galenum VI, 618 *K.* — Vs. 10 ΛΑ postquam se omisisse animadvertit lapicida superscripsit. ἀκόαι (vs. 10. 18) coniecit Wilamowitz reddere Latinum *aquae*, indicatas quidem esse ratus aquas in sacrum ductas ab Antonino, quem non recte putat esse imperatorem Antoninum Pium. Sed cum iam antiquitus in sacrum lucum aquae ductae esse sint credendae — reliquias earum tenemus Antonini aetate multo vetustiores, vide Cavvadias, Τὸ ἱερόν 166 —, vocabulum Latinum ibi in usum venisse minime est verisimile atque in ipsa dedicatione sua n. 1311 Antoninus vocem adhibet ὑδρορόαν (in urbe Epidauro n. 875 est ὑδραγώγιον). Recte igitur videtur coniecisse Dittenb., loco alicui delubri nomen fuisse Ἀκόαι, fortasse propter voces divinas ibi auditas. — προστρίβεσθαι »*mich an der Wand zu reiben*« vertit Wilamowitz. — De περιπάτῳ ὑπερώῳ Wilamowitz laudat *pensilem ambulationem* Plinii n. h. 36, 83 et Antyllum apud Oribasium I 508 Daremb.; de αἰώραις (*lectulis suspensis*) Antyllum I 513 sq. Plinium 26, 14. Ambulationes cum oscillationibus coniunctas ut aptas senibus refert Plutarchus, An seni resp. ger. 18 (p. 793 *B*): οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα παντελῶς ἀκίνητα καὶ ἀγύμναστα περιορῶμεν, ὅτι μὴ δυνάμεθα σκαφείοις μηδὲ ἁλτῆρσι χρῆσθαι . . ., ὡς καὶ πρότερον, ἀλλ᾽ αἰώραις καὶ περιπάτοις. — Vs. 12 interpunctionem priorum correxit Dittenberger, intellegens se ipsum vino perfundere iuberi Apellam. — Vs. 13 Ἀττικήν sc. δραχμήν. — Vs. 20 super vocis ἴατρα Iota est linea transversa ad designandam diaeresim; cf. ad n. 995. — Vs. 21 χρει(ό)μενος emendare vult Wilam.; χρείμενος scribit Dittenb., coniciens id prave sibi finxisse Apellam ad exemplum formae λούμενος vs. 22 a se adhibitae. Equidem sumpsi, post καί lapicidam omisisse κε, quod aequaliter appellabatur. — Vs. 25 ἐπέφλευσε: *adussit*, verbum nobis novum. τειχέων περιπεφλευσμένων πυρί est apud Herodotum 5, 77 (Wilam.). — Vs. 26 nota post χρῆσθαι accusativum. — Vs. 28 συμπληρωθῆναι »*Blutandrang nach dem Kopfe bekommen*« interpretatur Wilamowitz, laudans Galen. VIII 205 διαφορὰ δέ τίς ἐστι καὶ αὐτῶν τῶν κεφαλγιῶν, ἐνίων μὲν τὴν κεφαλὴν εὐπλήρωτον ἐχόντων, ἐπιτήδειον δὲ τὴν ὅλην τοῦ σώματος ἕξιν εἰς τὸ πληροῦν αὐτήν, ἐνίων δὲ κτλ.

956 N. 101. Lapis rectangulus marmoreus, supra et infra cymatiis instructus, qui eidem domui inaedificatus erat atque n. 955. A. 0,85. l. 0,26. cr. 0,26.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 237 n. 61. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I, 6. Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* n. s. 10, p. 264. Lapidem contulit Baunack, *Aus Epidauros* 13. (Idem, Philologus 54, 1895, p. 24). — *Exscripsi.*



Circulus n. 10 (p. 187) Circulus n. 16 (p. 188)

Ἀγαθῇ [τύ]χῃ. γ'.

Τιβ(έριος) Κλ(αύδιος) Σεουῆρος
Σινωπεὺς Ἀπόλ-
λωνι Μαλεάτᾳ καὶ
σωτῆρι Ἀσκλαπιῷ
κατ᾽ ὄναρ, ὃν ὁ θεὸς
εἰάσατο ἐν τῷ ἐν-
κοιμητηρίῳ, χοι-
ράδας ἔχοντα ἐπ[ὶ
τοῦ τραχ[ήλου] καὶ
κάρκινον [τ]ο[ῦ ὠ]τός,
ἐπιστὰς [ἐν]αργῶς
οἷός ἐστι [ἐν τῷ ναῷ.
Ἐπὶ ἱερέως Μάρ(κου)
Αὐρ(ηλίου) Πυ[θοδώρ]ου
ἔτους ἑ[κατ]οσ-
στοῦ πρώ[τ]ου.

Varia lectio potissima. Priorum plenissime legit Blinkenberg. Vs. 12 post ΣΤΑ dant nil nisi ΤΩ Cavv.[1], τως Cavv.[2], ως Blinkenb., ΤΩΣ Baun. || vs. 16 in. ΕΤΟΥ Cavv.[1].

Anni p. Chr. n. 224. — Superscriptus est numerus inventarii γ', qui iuxta circulos poni solet. — Vs. 10 supplevit Cavv.; vs. 11 Blinkenb. — Vs. 12 supplevi, litteram quae videtur Tau sumens pro Γ cum linea transversa, ut haud raro, ad sinistram producta. Aptissimum est vocabulum, cf. ἐναργές n. 952 vs. 28 et quae congessit Ericus Preuner, *Ein delphisches Weihgeschenk* p. 94. — Vs. 13 non tam dubitanter proposuisset Blinkenb. bonum supplementum, si meminisset Ovidii Metam. 15, 653 sq., quo loco Aesculapius Epidauri dicitur *»in somnis opifer consistere* (cf. ἐπιστάς) *visus ante .. torum, sed qualis in aede esse solet«*. — Vs. 15 supplevi nomen ad spatium aptum. — Vs. 16. 17 restituit Blinkenberg.

C. PELVES LAPIDEAE.



Pelves cum columna fulciente ex uno lapide fabricatas, quae repertae sunt in fano, Blinkenberg (*Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 14 sq., unde deprompsi imaginem adiectam) non serviisse censet ad usum sacrum, sed ut lavando puros se redderent homines, contra quod Cavvadias (Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1899, p. 17 sq.) iure suo opponit, aquam in his pelvibus non facile potuisse redintegrari atque aptiora fuisse ad lavandum aquarum multarum, quae in sacrum ductae fuissent, ostia. Accedit quod pelves, e quibus laventur homines, credi quidem possunt dedicatae esse diis medicis, sed non Cereri vel Dianae (n. 976. 977). Rectius igitur Cavvadias pelves nostras censuerit fuisse περιρραντήρια.

Longe maxima pelvium pars (n. 957—973) oblata est a viris duobus, quos verisimillime coniecit Blinkenberg l. l. p. 20 sq. fuisse collegas in magistratu gerendo, eosque quidem, ut n. 971. 972 diserte indicatur, hiaromnemones; morem fuisse eorum binos aliquid dedicare.

Pelves omnes eiusdem fere sunt aetatis, saeculi a. Chr. n. quarti et exeuntis quinti.

957 N. 318. A. 0,68. diametros pelvis 0,57.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 17 n. 2. — *Exscripsi.*

ΕΠΙΣΤRΑΤΟΣ — Ἐπίστρατος,
ΔΑΙΚR ΑΤΙΔΑΣ — Δαϊκρατίδας
ΑΣΚΛΑΠΙΩΙ — Ἀσκλαπιῶι.

Scriptura στοιχηδόν exarata videtur saeculi exeuntis quinti. Iidem viri dedicaverunt pelves n. 958 et 959, in hac quidem inverso ordine indicati, de qua re confer praemonita ad caput proximum *D.*

958 N. 356. A. 0,74. diametros pelvis ca. 0,70. Versus duo priores valde detriti.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 17 n. 4. — *Exscripsi.*

ΕΠ ΟΣ — Ἐπί[στρατ]ος,
ΔΑΙ ΔΑΣ — Δαϊ[κρατί]δας
ΑΣΚΛΑΠΙΩΙ — Ἀσκλαπιῶι.

Restituit Blinkenberg e n. 957. 959.

959 N. 315. A. 0,78. diametros pelvis ca. 0,60.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 17 n. 3. — *Exscripsi.*

ΛΑΙΚΡ ΤΙΔ Σ — Δ]αϊκ[ρα]τίδ[α]ς,
ΕΠΙΣΤΡΑΤΟΣ — Ἐπίστρατος
ΑΣΚΛΑΠΙ Ω Ι — Ἀσκλαπιῶι.

Vs. 1 partim pleniorem dat Blinkenb.: ΔΑΙΚR/ ΙΔΑΣ.
Cf. ad n. 957.

960 N. 186. A. 0,69. diametros pelvis 0,58.
Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3, p. 163 n. 1. Idem, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 8. — *Exscripsi.*

ΔΑΛΟΠΕΙΘΗΣ — Δα[μ]οπείθης,
ΚΑΛΛΙΚΩΝ — Καλλικῶν.

Nomina eadem recurrunt n. 961 et, inverso quidem ordine, n. 962, de qua re vide praemonita ad caput proximum *D.*

961 N. 297. Fragmentum. A. 0,23. — *Exscripsi.*

ΔΑΜΟΠΕΙΘΗΣ — Δαμοπείθης,
ΛΛΙ Ν — Κα]λλι[κῶ]ν.

Cf. n. 960.

962 N. 111. A. 0,78. — *Exscripsi.*

ΚΑΛΛΙΚΩΝ — Καλλικῶν,
ΔΑΜ ΟΠΕΙΘΗΣ — Δαμοπείθης.

Cf. n. 960.

963 N. 472. A. 0,70. diametros pelvis 0,68.
Blinkenberg, *Asklepios* p. 121 n. 3. Idem, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 5. (Baunack, Philologus 54, 1895, p. 19 n. 2.) — *Exscripsi.*

ΣΩΚΡΑΤΗΣ — Σωκράτης,
ΛΑΧΑΡΗΣ — Λαχάρης.

Eadem nomina n. 964. — Cf. ad n. 1106.

964 N. 622. A. 0,74. diametros pelvis 0,78.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1894, p. 18 n. 7. Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 6. — *Exscripsi.*

ΣΩΚΡΑΤΗΣ — Σωκράτης,
ΛΑΧΑΡΗΣ — Λαχάρης.

Cf. n. 963.

965 N. 623. Stat antiquo loco suo in conclavi aedificii cuiusdam siti in sacri parte orientali, quod Cavvadias in forma libri sui Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ signatum littera X habet pro gymnasio (p. 143 sq.). A. 0,70. diametros pelvis ca. 0,74; litterae a. ca. 0,035.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 15 et 17 n. 1. — *Exscripsi.*

ΑΡ+ΙΛΟΣ — Ἀρχίλος,
ΤΕΛΕΣΑΣ — Τελέσας.

Στοιχηδόν scriptum.

966 N. 624. Stat antiquo loco suo in area eiusdem aedificii, in quo n. 965. Pelvis fracta est, titulus valde adesus. A. 0,81. diametros pelvis 0,78.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 9. — *Exscripsi.*

Ι Λ Λ Ο Κ Λ Η Σ	Μεγα]λοκλῆς,
Λ Λ Μ Α Χ Ο Σ	Δάμαχος.

Vs. 1. 2 binas primas litteras omittit Blinkenb., vs. 1 scribens Δαμ(?)]οκλῆς, vs. 2 recte supplens nomen, quod legi.

---

967 N. 621. A. 0,69. diametros pelvis ca. 0,52.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 7. — *Exscripsi.*

Δ Ο Ρ Κ Ι Σ	Δόρκις,
Τ Ρ Α Τ Ω Ν Ι Δ Α Σ	Σ]τρατωνίδας
Ε Θ Ε Ν	ἀν]έθεν.

Vs. 1 in. Δ omittit Blinkenb., sed supplet.

---

968 N. 471. A. 0,76. diametros pelvis 0,61.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1894, p. 18 n. 6. Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 10. — *Exscripsi.*

Τ Ε Λ Ω Ν	Τέλων,
Π Ε Ι Θ Ι Λ Α Σ	Πειθίλας
Α Ν Ε Θ Η Κ Α Τ Α Ν	ἀνεθηκάταν.

---

969 Repertum prope stadium. A. 0,68. diametros pelvis 0,59.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 18 n. 11. — *Exscripsi.*

Α Ρ Ι Σ Τ Ο Χ Ο Σ	Ἀρίστοχος,
Ε Π Ι Κ Ρ Α Τ Η Σ	Ἐπικράτης.

---

970 N. 631. Fragmentum (ad sinistram incolume) pelvis magnae e lapide subnigro, cuius etiam pedem avulsum vidit Blinkenberg, quem confer l. l. p. 16 adn. 3 de forma a monumentis aequalibus paulum diversa. Titulus in pelvis margine elato. Diametros pelvis ca. 1,6; crassitudo marginis 0,08.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 19 n. 13. — *Exscripsi.*

Λ Υ Κ Α Ι Θ Ο Σ Α Ρ Ι |

Λύκαιθος, Ἀρι - -

---

971 N. 357. A. 0,69. diametros pelvis 0,76.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 103. Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 21 n. 14. (Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1068.) — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε	Ἱαρομνάμονε
Λ Α Χ Α Ρ Η Σ	Λαχάρης
Κ Λ Ε Ι Σ Θ Ε Ν Ε Υ Σ	Κλεισθένευς,
Λ Α Κ Ρ Ι Σ Λ Α Φ Ε Ι Δ Ε Υ Σ	Λάκρις Λαφείδευς
Α Ν Ε Θ Η Κ Α Τ Α Ν	ἀνεθηκάταν.

Var. lect. Vs. 5 extr. την Cavv.

Iidem hiaromnamones, inverso quidem ordine indicati n. 972; cf. praemonita ante caput proximum *D.* Lacris cum collega alio n. 979.

---

972 N. 317. A. 0,62. diametros pelvis ca. 0,62.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 21 n. 15. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε	Ἱαρομνάμονε
Λ Α Κ Ρ Ι Σ	Λάκρις
Λ Α Φ Ε Ι Δ Ε Υ Σ	Λαφαίδευς,
Λ Α Χ Α Ρ Η ///	Λαχάρη[ς
Κ Λ Ε Ι Σ Θ Ε Ν Ε Υ Σ	Κλεισθένευς
Α Ν Ε Θ Η Κ Α Τ Α Ν	ἀνεθηκάτην.

Vs. 4 extr. Σ addit Blinkenberg. — Cf. n. 971.

---

973 N. 419. A. 0,69. diametros pelvis 0,60.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 23 n. 19. — *Exscripsi.*

Σ Ω Ξ Ε Ν Ο Σ	Σώξενος,
Ο Ι Α Ρ Η Σ	Θ]ιάρης
Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι	Ἀπόλλωνι.

Var. lect. Vs. 3 in. ΘΙΑΡ Blinkenb.
Στοιχηδόν scriptum. Θιάρης v. n. 906.

---

974 N. 534. A. 0,73. Pelvis ipsa (diametros ca. 0,66) laesa. — *Exscripsi.*

ι Ο Ο Α Ν Η Σ	Κλε]ο[φ]άνης
Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ω Ι	Ἀσκλαπιῶι.

---

975 N. 620. Stat antiquo loco suo in aedificio eodem, in quo n. 965. 966, idque quidem in conclavi, quod id in quo n. 965 ad septentriones versus proxime attingit. Pelvis (diametros 0,74) mutila. A. 0,80; litterae a. 0,03—0,04.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 22 n. 16. — *Exscripsi.*

Π Ρ Α Τ ι Α <	Πρατίας
Α Σ Κ Λ Α Π Ι Ο Ι	Ἀσκλαπιῶι
Ι Α Ρ Ε Υ Σ Ε Ω Ν	ἱαρεὺς ἐὼν
Α Ν Ε Θ Η Κ Ε	ἀνέθηκε.

Pulchra scriptura στοιχηδόν ordinata est quarti saeculi ineuntis sive exeuntis quinti; ΟΙ in versu altero more antiquo pro ωι exaratum. ἱαρευσέων scribit Blinkenberg.

---

976 N. 627. Fragmentum a. 0,52.
Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 23 n. 18. — *Exscripsi.*

Δ Α Μ Ο Λ Α Σ	Δαμόλας
Δ Α Μ Α Τ Ρ Ι	Δάματρι.

Vs. 1 extr. Σ omittit Blinkenberg.

---

977 N. 533. A. 0,78. Pelvis margo laesus; cum incolumis erat, diametros ca. 0,59.
Chandler, Inscr. II, p. 182 n. 145. (Boeckh, C. I. G. 1172. Cauer, Delectus [2] n. 64. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3335.) Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 22 n. 17. Cf. Ahrens, De dial. 2, 123. 240. — *Exscripsi.*

Τ Ι Μ Α Ρ Ι Σ Τ Α	Τιμαρίστα
Α Ρ Τ Α Μ Ι Τ Ι	Ἀρτάμιτι
Δ Ε Κ Α Τ Α Ν	δεκάταν.

Var. lect. Vs. 1 in. ΠΜΑ Chandl., quod, quamquam proclivis erat recta emendatio, mireris Boeckhium correxisse in Πανα-, probantibus Cauero, Prellw. || vs. 2 extr. ΜΥΤΙ Chandl., quod corruptum esse perspexit Ahrens, retinet Prellwitz.

D. HIAROMNEMONVM DEDICATIONES

praeter pelves n. 957—977 (cf. praemonita ante caput *C*).

Nisus Blinkenbergii de duoviris una dedicantibus coniectura hiaromnemonum donariis adieci titulos n. 984—988 a viris duobus, non quidem professis munus, oblatos. Duo indicati sunt sive erant hiaromnemones n. 971. 972. 978—982, quattuor in titulis recentioribus n. 990—992; titulus mutilus n. 983 e litteraturae indicio addendus est prioribus. Recte censuit Cavvadias (*Fouilles d'Épidaure* I n. 259), relegans ad analogiam hieropoeorum Deliorum (vide Homolle, *Bull. de corr. Hell.* 14, 1890, p. 417), semper fuisse hiaromnemones quattuor, sed binos ad negotia gerenda fuisse coniunctos. Quae divisio derelicta esse videtur tertio a. Chr. n. saeculo, in duovirorum autem collegio uterque alternis vicibus per menses sex tenuisse locum priorem, cum in dedicationibus n. 957/58: 959. 960/61: 962. 971 : 972 variet ordo nominum.

Singuli hiaromnemones non dubitabimus quin sicut Argis (v. n. 517) constituti fuerint e phylis singulis.

Praefuisse hieromnemones templi aerario (οἱ ἱερομνημονικοὶ πόροι) testatur titulus n. 1157.

978 N. 489. Stela lapidis calcarii reperta antiquo loco suo pone aedificii *K* latus, quod spectat ad orientem. A. 1,03. l. 0,36. cr. 0,27. In eodem lapide aetate posteriore scriptus titulus n. 996.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 102. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε	Ἱαρομνάμονε
Σ Ι Μ Υ Λ Ο Σ	Σιμύλος,
Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι Δ Α Σ	Ἡρακλείδας
Α Ν Ε Θ Ε Ν	ἀνέθεν.

Scriptura pulcherrima, quam Cavvadias iuste putat esse saeculi quarti vel tertii ineuntis.

979 N. 351. Stela quadrangula lapidis calcarii, a. 1,00. l. 0,32. cr. 0,25. In latere eiusdem lapidis angustiore sinistro postea scriptus est n. 1072.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1894, p. 18 n. 8. — *Exscripsi.*

// Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε	Ἱ]αρομνάμονε
Λ Α Κ Ρ Ι Σ	Λάκρις,
Σ Ω Κ Ρ Α Τ Ι Δ Α Σ	Σωκρατίδας
Α Ν Ε Θ Ε Ν	ἀνέθεν.

Λάκρις: cf. n. 971. 972.

980 N. 85. Stela; in cymatio superiore scriptus est titulus ultimae aetatis n. 1335, ad quem pertinet circulus n. 52 (p. 190) cum numero, qui sunt sub titulo antiquiore in ipsa stela scripto. A. 0,17. l. 0,39. cr. 0,26.
Baunack, *Aus Epidauros* 8. Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* n. s. 10, p. 273 n. 20. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε	Ἱαρομνάμονε
Λ Λ Ε Ξ Ι Κ Λ Η Σ	Ἀλεξικλῆς,
Λ Υ Κ Ε Α Σ	Λυκέας
Α Ν Ε Θ Ε Ν	ἀνέθεν.

Var. lect. Vs. 1 ἱαρομνάμονες Baun.; »*mit den darauf folgenden fast unleserlichen Namen* [vs. 2—4] *habe ich mich nicht abgemüht*« (omnia clara). Cf. n. 1103.

981 N. 375. Fragmentum mensae e lapide calcario, fractum infra et ad dextram. A. 0,31. l. 0,465. cr. 0,31. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε

Ἱαρομνάμονε
\- - - - -

Duorum My differunt formae.

982 N. 470. Stela lapidis calcarii, supra vestigia cymatii. A. 0,60. l. 0,41. cr. 0,20. Posteriore aetate sub titulo nostro, spatio centimetrorum 7,5 vacuo relicto, scriptus est titulus n. 1161. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε	Ἱαρομνάμονε
Ι Ι Α Μ Ο -	- - - δ]αμο[ς
— Α //////////////////////////////	[τοῦ δεῖνος,
////////////////////////////// Λ ///////	ὁ δεῖνα
//	τοῦ δεῖνος]
Α Ν ///////////////////	ἀν[έθεν.

983 N. 257. Fragmentum de parte superiore stelae superne desinentis in formam semirotundam. A. 0,10. l. 0,27. cr. 0,13. — *Exscripsi.*

Ο Μ Ν Α Μ	Ἱαρ]ομνάμ[ονε
Ι Π Ο Σ Μ Ε	- ιπ]πος Με - -
Ͻ Ι Ο Σ Ν Ι Κ	- - ριος Νικ - -

Videtur fere saeculi a. Chr. n. tertii.

984 N. 513. Mensa lusoria e lapide calcario, in cuius latere altero angustiore (inter pedes duos) est titulus *a*; in summo latere inter sulcos utrimque insculptos titulus *b*, in intervallis sulcorum, qui sunt ad dextram, *c*. Perdifficiles lectu sunt *b* et *c*. A. 0,50. l. 1,15. cr. 0,60.
a: Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 27 n. 3. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 109. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3326. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* 1070.) *a b c*: Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 2 cum imagine monumenti. — *Exscripsi b c; contuli a.*

a	Α Ρ Κ Ε Σ Ι Λ Λ Ο Σ	Ἀρκέσιλλος,
	Λ Υ Σ Α Ν Δ Ρ Ο Σ	Λύσανδρος
	Α.Ν Ε Θ Ε Τ Α Ν	ἀνεθέταν.
b	Α ι Κ Ϝ Σ Ι Λ	Ἀ[ρ]κέσιλ[λος,
	Λ Υ Σ Α ι Ι <	Λύσα[νδρος
	Ν Ε Ε Ν	ἀ]νέ[θ]εν.
c	Μ Χ Η - Ο Ι	

Var. lect. *a* vs. 1 extr. ΛΑΟΣ Cavv. — In *b* plane mecum congruit Blinkenberg, nisi quod de prima alterius versus littera modo dat \; in *c*, ubi signum alterum non Χ legi sed Ο, cum multum tempus in lapidem impenderit vir sollertissimus, eius accepi lectionem.

Tituli tres videntur eodem tempore, quarto scilicet saeculo, exarati; memorandum in *a* et *b* alternare dualem et pluralem. Ad nomen Ἀρκέσιλλος Blinkenberg confert e. g. Τελεσίλλα. Mensam nos tenere lusoriam

probavit Blinkenberg; signorum tituli *c* sumit designare M drachmarum decem milia, X drachmas mille, H centum, - (sicut in rationibus aedificiorum) decem, O drachmam unam (quae in rationibus · designatur), I obolum. Fugere quidem eum non poterat vix lusum esse de summis tantis, itaque coniecit fictas eas esse vel ludo finito reductas in minores. Quod quam veri sit dissimile patet, ut adhuc desiderari videatur tituli *c* explicatio.

---

985 N. 358. Basis rotunda lapidis calcarii. A. 0,75. diametros 0,45. In summo latere sunt foramina ad inserendum aliquid, ut Blinkenberg non recte pelvem fuisse putarit.


Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 117. Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 19 n. 12. — *Exscripsi.*

Δ Α Μ Ο Χ Α Ρ Η Σ	Δαμοχάρης,
Τ Ε Ι Σ Α Μ Ε Ν Ο Σ	Τεισαμενός.

Videtur quarti saeculi.

---

986 N. 543. Tabula lapidis calcarii reperta prope stadium. In media tabula est excavatio rotunda, utrimque excavatio oblonga cum angulis rotundatis. Titulus eo loco, ubi *A* adscriptum imagini, in latere dextro angustiore. A. 0,87. l. 1,78. cr. 0,21.



Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 20 (unde petivi imaginem). — *Exscripsi.*

Τ Ι Μ Α Ν Θ Η Σ	Τιμάνθης,
Α Μ Φ Ι Λ Υ Τ Ο Σ	Ἀμφίλυτος
Α Ν Ε Θ Ε Τ Α Ν	ἀνεθέταν.

---

987 N. 397. Stela lapidis calcarii supra fracta. Titulus in campo edito. A. 0,82. l. 0,28. cr. 0,21.

Blinkenberg, *Asklepios* p. 122 n. 5. (Baunack, Philologus 54, 1895, p. 19 n. 3.) — *Exscripsi.*

Κ Ο Υ Ι Δ Α Σ	Κουΐδας,
Α Ρ Ι Σ Τ Ι Ω Ν	Ἀριστίων
Α Ρ Τ Α Μ Ι Τ Ι	Ἀρτάμιτι
Λ Υ Σ Α Ι Α Ι	Λυσαίαι.

Vs. 2 in. Α Blinkenberg, deceptus fissura.

---

988 N. 618. Fragmentum mensae lusoriae e lapide calcario. Titulus in latere angustiore. A. 0,50. l. 0,45. cr. 0,78.


Blinkenberg, *Athen. Mitth.* 23, 1898, p. 4 n. 3 (cum imagine monumenti). — *Exscripsi.*

Ε Ρ Γ Ι Λ Ο Σ	Ἐργίλος,
Α Θ Α Υ Μ Α Ν Τ Ο Σ	Ἀθαύμαντος
Α Ν Ε Θ Ε Ν	ἀνέθεν.

Vs. 2 extr. Σ omittit Blinkenberg.

989 N. 148. Angulus sinister superior baseos tripodis e lapide calcario. Supra est cymatium. A. 0.18. l. 0,19. cr. 0,16.

Baunack, Philologus 54, 1895, p. 37. — *Exscripsi.*



Ἱαρομ[νάμονε s. -[νάμονες
Εὐα - -
Τιμ - -
Νε - -
- - - -

Var. lect. Baunackii. Omittit vs. 1 extr. Λ, vs. 3 extr. Μ, reliquias versus quarti.

Scriptum στοιχηδόν. Relati erant aut hiaromnamones quattuor aut duo cum patribus. Vs. 2 fuerit Εὐά[νθης, nomen adhibitum in gente Epidauria nobilissima, v. stemma ad n. 1124—1130 adiectum.

---

990 N. 540. Stela e lapide calcario a. 0,93. l. 0,33. cr. 0,26. Titulus admodum difficilis lectu. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε Σ	Ἱαρομνάμονες
Ε Α Χ Μ Ο Σ	- - εαχμος,
Ι Α Σ	- - - - - ίας,
Σ Θ Ε Ν Η Σ	- - σθένης,
Ρ Ι //////////////	- - ρι - -
Α Ι Ε Ρ Γ Α Ν Α Ι	Ἀθάν]αι Ἐργάναι.

---

991 N. 314. Scamnum (ante quod est mensa); titulus in latere sinistro. A. 0,79. l. 2,08. cr. 0,59.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 259. — *Exscripsi.*

Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Ρ L	Ἱαρομνάμ[ον]ε[ς
Τ Υ Ρ Β Ι Σ Τ Η Λ Α Ι Θ Ο	Τύρβις Τηλαίθο[υ,
Π Ε Ι Θ Α Γ Ο Ρ Α Σ	Πειθαγόρας,
Γ Ο Ρ Γ Ι Π Π Ο Σ	Γόργιππος,
Ε Υ Κ Λ Ι Π Π Ο Σ	Εὔκλιππος.

Exaratum fuerit circa annum a. Chr. n. 200.

Vs. 2 Τηλαίθο scribit Cavvadias, sed periisse putandum Υ. — Euclippum (vs. 5) per coniecturam inserui stemmati titulis n. 1124—1130 adiecto.

---

992 N. 10. Basis quadrata, supra et infra cymatio ornata. In summo latere foramina ad infigendum donarium. Lapis postea ad aram est adhibitus, nam infra et inter versus alterius litteras sera aetate incisus est titulus n. 1318, ad quem pertinet circulus signatus (n. 46, p. 190) cum numero supra titulum nostrum positus; infra titulum circulus est iteratus.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 154 n. 51. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 104. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3328.) — *Exscripsi.*

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ	Διόδωρος,
Ν Ι Κ Ο Μ Ε Ν Η Σ	Νικομένης,
Λ Α Κ Ρ Ι Τ Ο Σ	Λάκριτος,
Α Ρ Ι Σ Τ Α Ρ Χ Ο Σ	Ἀρίσταρχος,
Ι Α Ρ Ο Μ Ν Α Μ Ο Ν Ε Σ	ἱαρομνάμονες,
Α Ν Ε Θ Η Κ Α Ν	ἀνέθηκαν.

993 N. 507. Ara quadrata marmorea, cui ad dextram adnexa est pila ex eodem lapide fabricata; in summo pilae latere foramina tria. Pila a. 0,86. l. 0,38. cr. 0,24.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 105. — *Exscripsi.*

Κ Λ Ε Α Ι Χ Μ Ι Δ Α Σ Δ Α
Μ Ο Φ Α Ν Ε Ο Σ Ι Α Ρ Ο
Μ Ν Α Μ Ο Ν Η Σ Α Σ
Α Ν Ε Θ Η Κ Ε

Κλεαιχμίδας Δα-
μοφάνεος ἱαρο-
μναμονήσας
ἀνέθηκε.

Cleaechmidas huius nominis alter in stemmate gentis, quod proposui ad titulos n. 1124—1130. — Cf. n. 1017.

---

994 N. 312. Basis tripodis, repraesentata *Expédition de Morée* II tab. 80. A. 0,89. l. 0,53. cr. 0,44.
Blinkenberg, *Asklepios* p. 127 n. 18. (Baunack, Philologus 54, 1895, p. 19 n. 10.) — *Exscripsi.*

Ο Ι Ε Ρ Ε Υ Ϲ Κ Α Ι Ι Ε Ρ Ο ΜΝΗ
Μ Ω Ν Τ Ο Υ Ϲ Ω Τ Η Ρ Ο Ϲ
Λ Ϲ Κ Λ Η Π Ι Ο Υ Ι Ι Α /// /// Ϲ Ϲ Ο Ϲ
Ο Ε Λ Ο Μ Ο Ν Ο Ι Α Κ Α Τ Α Κ Ε Λ Ε Υ
Ϲ Ι Ν Ε Τ Ο Υ Ϲ Ρ Λ Ε

Circulus n. 33 (p. 189)

Ὁ ἱερεὺς καὶ ἱερομνή-
μων τοῦ σωτῆρος
Ἀσκληπιοῦ . α . . . σ(?) . σος
Θεᾷ Ὁμονοίᾳ κατὰ κέλευ-
σιν, ἔτους ρλε'.

Anni p. Chr. n. 258, qua sera aetate discimus sacerdotis et hieromnemonis munus aut semper aut interdum unius fuisse viri. — Vs. 3 initium nominis dedicantis — nam id latere atque perperam supplevisse Baunackium epiclesim Aesculapii quam sibi finxit Μαλεάτα apparet — Blinkenberg dat Μα (nil amplius) atque revera species est litterae Μ, sed in lapidis admodum detriti versibus etiam altero et quinto Ny, nisi de eo constaret e vocabulis, diceres sine dubio esse My, ut in incerto relinquenda sit lectio.

E. SACERDOTVM DEDICATIONES.

(Cf. etiam n. 994.)

995 N. 406. Lapis quadrangulus rubescens, a. 0,63. l. 0,50. cr. 0,41.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1884, p. 25 n. 66. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 39. Lapidem contulit Baunack, *Aus Epidauros* 14. — *Exscripsi.*

Π Α Ϲ Ι Κ Α Ι Π Α Ϲ Α Ι Ϲ
Ε Υ Π Ο Ρ Ο Ϲ) Ϊ Ε Ρ Α Π Ο Λ Η Ϲ Α Ϲ
Τ Ο Γ Κ Α Ι Μ Ε Τ Ο Ϲ
Ι Γ

Circulus n. 43 (p. 190)

Πᾶσι καὶ Πάσαις
Εὔπορος (Εὐπόρου) ἱεραπολήσας
τὸ γ' καὶ μ' ἔτος.
ιγ'.

Anni p. Chr. n. 166. — Ad versum primum intellegendum est θεοῖς, scriptum non erat. Lineola supra Kappa et Iota vs. 1, item supra Iota vs. 3, meri ornamenti causa fuerit addita. In versu altero puncta quae sunt supra ἱερ- Baunack, vituperans Cavvadiam, sumpsit pro spiritu aspero, non recte. Asper n. 1001 vs. 7 bis scriptus est ˪, ut in versu eodem idem non designari possit punctis, quibus igitur indicari dixeris diaeresim, item vs. 11. 12. Elucet e n. 1003 vs. 4. n. 1016. 1034. 1042. 1047 Epidauri ἱερ- non instrui aspirationis signo sed diaereseos, praecedit enim in omnibus ὁ cum aspirationis nota diversa. Non quidem sibi constant haec signa: non punctis designatur diaeresis, sed lineola directa n. 947 vs. 5. 955 vs. 20. 1001 vs. 9 (hic quidem per errorem posito signo in media syllaba). 1003 vs. 4. 1016. 1039 vs. 5. 1055. 1065 vs. 7. 1321; lineola transversa n. 1042; angulo ˪ n. 1047. Neque minus variant notae asperi. — N. 1049 vs. 1 asper in ο significatus est lineola, ut in eodem titulo puncta duo, quo instructum est ἱδρύσατο vs. 3, asperum significare nequeant (quo modo revera nusquam notatur); patet igitur supra ἱερεὺς vs. 1 lapicidam mero errore iteravisse lineolam antecedentem.

996 N. 489. In eodem lapide quo n. 978.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 40. — *Exscripsi.*

Α Γ Α Θ Η Τ Υ Χ Η
Ε Τ Ε Ι Μ Ζ
Ι Ε Ρ Ε Υ Σ Α Σ Κ Λ Η Π Ι Ο Υ
Ε Υ Π Ο Ρ Ο Σ Δ Η Μ Ο Σ Θ Ε
Ν · Ο Υ Σ Β Ω Μ Ο Ν Ε Ι Δ Ρ Υ
Σ Α Τ Ο Κ Ο Υ Ρ Η Τ Ω Ν

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Ἔτει μζ'
ἱερεὺς Ἀσκληπιοῦ
Εὔπορος Δημοσθέ-
νους βωμὸν εἱδρύ-
σατο Κουρήτων.

Anni p. Chr. n. 170.

---

997 N. 398. Lapis calcarius, a. 0,91. l. 0,39. cr. 0,31. In latere latiore est titulus *a*, in angustiore *b*.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 41 et 41 *a*. — *Exscripsi.*

a
Α Γ Α Θ Ω Θ Ε Ω
Τ Ι Β · Κ Λ Α Υ Δ Ι Ο Σ Π Ω Λ Λ Ι Ω Ι
Ι Ε Ρ Α Π Ο Λ Η Ϲ Α Ϲ Τ Ο Ξ Γ
Ε Τ Θ Ϲ

b
Α Γ Α Θ Η Ϲ

Circulus n. 1 (p. 186)

Ξ Ζ

a
Ἀγαθῷ θεῷ
Τιβ(έριος) Κλαύδιος Πωλλίω[ν
ἱεραπολήσας τὸ ξγ'
ἔτος.

b
Ἀγαθῆς.
ξζ'.

Var. lect. *a* vs. 3 in. supra Ι Cavvadias indicat puncta diaereseos; fortasse igitur ea praetervidi.

Annus indicatur in *a* p. Chr. n. 187. Titulus *b*, cuius litterae discrepant, manifesto postea additus est.

De Ἀγαθῷ Θεῷ v. ad n. 1059; quod eius symbolum (n. 2 p. 186) in lapide nostro deest, id vix tribui nequit mero errori. Ad Ἀγαθῆς intellegendum Θεᾶς; eadem videtur atque Ἀγαθὴ Τύχη.

a vs. 2 dedicans recurrit n. 1155. Progenies erat aut Tiberii Claudii Pollionis, de quo agit epistula Plinii 31 (cf. Prosopogr. Imp. Rom. I p. 392 n. 703), aut hominis ab eo liberti. — Vs. 4 Omicron scriptum est Θ, item n. 1058 vs. 1 et 3, sicut antiquiore aetate haud raro scribitur ʘ.

---

998 N. 392. Stela lapidis calcarii, a. 0,80. l. 0,36. cr. 0,22.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 42. Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3 p. 155. Cf. Usener, *Götternamen* 222. — *Exscripsi.*

ΠΟΙΝΑΙ
ΦΑΝΤΟΣ
ΔΙΟΦ ΑΝΤΟΥ
ΙΕΡΑΠΟΛΗΣΑΣ
ΕΤΟΣΞΖΚΑ
ΤΟΝΑΡ

Δε]σποίναι
Διό]φαντος
Διοφάντου,
ἱεραπολήσας
ἔτος ξζ', κα-
τ' ὄναρ

Var. lect. Vs. 3 Διοφάντους Cavv., Διοφ[ι]λήτου Blinkenb., deceptus spatio vacuo propter vitium lapidis interiecto inter Φ et Α. Ny plane certum.

Anni p. Chr. n. 190. — Supplevit Cavvadias, qui Δέσποιναν esse sumit Neptuni et Cereris filiam in Arcadia cultam, Usener aut Cererem aut Proserpinam.

---

999 N. 102. Stela lapidis calcarii, a. 0,94. l. 0,29. cr. 0,20.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 151 n. 47. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 43. — *Exscripsi.*

ΙΕΡΕΥΣ
ΣΤΑΤΕΙΛΙΟΣ
ΣΕΚΟΥΝ
ΔΟΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ
ΠΑΙΣΙΝ
ΕΤΕΙΟΑ

Ἱερεὺς
Στατείλιος
Σεκοῦν-
δος
Ἀσκλαπιοῦ
παισὶν
ἔτει οα'.

Circulus n. 17 (p. 188)
Ε — ε'.

Anni p. Chr. n. 194.

1000 N. 447. Tabula lapidis calcarii; summa pars ad sinistram mutila. Versus superiores admodum difficiles lectu. A. 0,82. l. 0,52. cr. 0,30.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1884, p. 24 n. 65 et *Fouilles d'Épidaure* I 136 solum dat versum quintum, Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* n. s. 10, p. 265 versus alterius litteras quattuor ultimas et versus 3—5. — *Exscripsi.*

ΟΣΙΟ ΛΙΟΣΑ /
ΓΙΚΟΣΙΕΡΑΠΟΛΗ
ΣΑΣΕΤΟΥΣΠΑ
ΚΕΛΕΥΣΑΝΤΙ
ΔΙΙΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΣΩΤΗΡΙ

Γα̃(?)]ος Ἰο[ύ]λιος Ἀ[σια-
τικός, ἱεραπολή-
σας ἔτους πα',
κελεύσα[ν]τι
Διὶ Ἀσκληπιῷ
Σωτῆρι.

Circulus n. 15 (p. 187)
ΙΘ — ιθ'.

Anni p. Chr. n. 204. Cui dedicatur, unus est Ζεὺς Ἀσκληπιός, isque quidem Aesculapius creditus non Iuppiter: id monstrat singularis participii et circulus unus instructus dei medici signo. Cf. n. 1022. 1086.

1001 N. 143. Ara marmorea quadrangula, supra et infra cymatiis ornata. In latere summo foramina ad aliquid inserendum. In latere, quod inscripto ad dextram est contiguum, circuli signati tres cum numero, quorum imago est apud Cavvadiam, *Fouilles d'Épidaure* I p. 112. A. 0,70. l. 0,27. cr. 0,23.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 25 n. 1. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 47. De lectione sua rettulit Baunack, *Aus Epidauros* 1. Cf. Dittenberger, *Aufsätze Ernst Curtius gewidmet* p. 290. — *Exscripsi.*

//ΗΝΙΚΑΙΗΕΛΙΩ
ΑΙΠΑΣΙΝΑΕΙΓΕ
ΝΕΕΣΣΙΝ
//ΛΒΟΔΟΤΑΙΣΚΑΙ
ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΙΣΚΑΙ
ΛΥΣΙΠΟΝΟΙΣΙΝ
ΪΕΡΟΦΑΝΤΗΣΕΙΣ'Ο
ΣΙΗΘΕΟΠΕΙΘΕΙΓΑΙΩΝ
ΔΙΟΓΕΝΗΣΔΗΟΥΣ
ΠΡΟΠΟΛΟΣΠΑΙΗ
ΟΝΟΣΪΡΕΥΣ
ΡΟΔ ΕΤΕΙ ΪΕΡΑΠΟ
ΛΗΣΑΣ

Circuli n. 25 et 28 (p. 188), n. 43 (p. 190)
ΛΔ

Ζ]ηνὶ καὶ Ἡελίῳ | [κ]αὶ πᾶσιν ἀειγε|νέεσσιν |
ὀ]λβοδόταις καὶ || ἐλευθερίοις καὶ | λυσιπόνοισιν |
ἱεροφάντης εἴσ' ὁ|σίη θεοπείθεϊ γαίων |
Διογένης Δηοῦς || πρόπολος, Παιή|ονος ἱρεύς. |
ροδ' ἔτει ἱεραπο-
λήσας.
λδ'.

Anni p. Chr. n. 297. Idem vir posuit n. 1002. 1014. 1015. 1016. 1025. 1034. 1044. De tituli signis aspirationis et diaereseos dictum est ad n. 995; in versu septimo habes etiam apostrophum scriptam. — Vs. 7 sq. ὁσίη θεοπείθεϊ γαίων est imitatio formulae Homericae κύδεϊ γαίων (Cavvadias).

1002 N. 260. Ara quadrangula marmorea, supra et infra cymatiis ornata. In latere, quod inscripto ad sinistram est contiguum, circuli tres cum signis et numerus. A. 0,72. l. 0,22. cr. 0,21.

Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 258. Cf. eundem, Δελτίον ἀρχαιολ. 1892, p. 49. — *Exscripsi.*

ΗΝΙΚΑΙΗΕΛΙ
ΩΚΑΙΠΑΣΙΝΑ
ΕΙΓ..ΕΕΣΣΙΝ
ΟΛΒΟΔΟΤΑ
ΕΛΕΥΘΕ
ΚΑΙΛΥΣΙ
ΙΕΡΟΦΑ
ΟΣΙΗΘΣ
vac. ΙΓΑΙΩ
ΔΙΟΓΕΝΙ
ΟΥΣΠΡΟΠΟ
ΠΑΙΗΟΝΟΣΙΡΕΥΣ
ΡΟΔ ΕΤΕΙΙΕΡΑ
ΠΟΛΗΣΑΣ

Circulus n. 43 (p. 190).
Circuli n. 28 et 25 (p. 188)
ΝΗ

Ζ]ηνὶ καὶ Ἡελί|[ῳ] καὶ πᾶσιν ἀ|ειγ[εν]έεσσιν |
ὀλβοδότα[ις καὶ] || ἐλευθε[ρίοις] καὶ | λυσι[πόνοισιν] |
ἱεροφά[ντης εἴσ'] | ὁσίη θε[οπείθ[ε]|ϊ γαί[ω]ν ||
Διογέν[ης Δη]|οῦς πρό[πολος] | Παιήονος ἱρεύς. |
ροδ' ἔτει ἱερα-
πολήσας.
νη'.

Monumenti n. 1001 accurata iteratio, quae tamen, ut probat discrepantia numerorum circulis signatis adscriptorum, remota ab illo collocata erat. Conieceris, lapidum alterum in Iovis sacro positum fuisse, alterum in Apollinis-Solis.

1003 N. 139. Ara parva marmorea quadrangula, in cuius summa parte, quae rotunda, est excavatio. A. 0.30. l. 0,16. cr. 0,13.
Baunack, *Aus Epidauros* 21 *d*. Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* n. s. 10, p. 268 n. 3. Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 48. — *Contuli.*

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΥ
ΘΙΩΙΠΑΤΡΩ
ΩΟΙΕΡΕΥCΤΟΥ
CΩΤΗΡΟCΑCΚΛΗ
ΠΙΟΥΤΟΡΠΑΜΑΡ
ΙΟΥΝΔΑΔΟΥΧΟC
ΤΩΝΕΛΕΥCΕΙΝΙ
ΜΥCΤΗΡΙΩΝ

Ἀγαθῆι Τύχηι.
Ἀπόλλωνι Πυ-
θίῳ Πατρῴ-
ῳ ὁ ἱερεὺς τοῦ
σωτῆρος Ἀσκλη-
πιοῦ τὸ ρπα' Μᾶρ(κος)
Ἰού(λιος) ν(εώτερος), δᾳδοῦχος
τῶν Ἐλευσεῖνι
μυστηρίων.

Anni p. Chr. n. 304. — Vs. 4. De signis aspirationis et diaereseos dictum est ad n. 995. — Vs. 6 omissum ἔτος etiam n. 1004. 1005. 1008. — Vs. 7 intellexit Cavvadias legi non posse cum Baunackio et Blinkenbergio Ἰου-ν(ίου), cum supra Ny exarata sit lineola separata. — De dedicante cf. titulum proxime insequentem, n. 1013, n. 1049.

1004 Athenis in museo statua marmorea Minervae armatae ad dextram prorumpentis (v. imaginem apud Staim et Petersenium), reperta in aedificio aetatis Romanae, quod a templo Aesculapii situm versus septentriones (*K* in forma) summa probabilitate a Stae (adstipulante Cavvadia, Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ μουσείου n. 262 et Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ p. 157) creditur continuisse balneas ab Antonino viro senatorio aedificatas (Ἀσκληπιοῦ λουτρόν Paus. 2, 27, 6). In basi ovata titulus. A. statua 0,60; basis 0,09.
Petersen, *Athen. Mitth.* 11, 1886, p. 309. Stais, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1886, p. 251 et tab. 12. Cavvadias, Γλυπτά n. 274. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 49. — *Exscripsi.*

ΑΘΗΝΑΙΥΓΙΕΙΑΙΟΙΕΡΕΥΣΤΟΥΣΩΤΗΡΟΣΑΣΚΛΗΠΙΟΥ
ΜΑΡΙΟΥΝ ΔΑΔΟΥΧΟΣ ΤΟ
ΡΠΑ

Ἀθηνᾶι Ὑγιείαι ὁ ἱερεὺς τοῦ σωτῆρος Ἀσκληπιοῦ
Μᾶρ(κος) Ἰού(λιος) ν(εώτερος) δᾳδοῦχος, τὸ
ρπα'.

Var. lect. Vs. 1 Iota mutum alterum omittunt omnes.
Anni eiusdem atque titulus praecedens, e quo patet Iulium daduchum fuisse Eleusine, unde igitur domicilio Epidaurum translato ut vir nobilissimae Κηρύκων gentis nactus est summum Aesculapii sacerdotium. Atheniensem se probat et Minervam dicens Hygieam (cf. Preller-Robert, *Griech. Mythologie* I 218 adnot. 5) et in n. 1003 Apollinem simul Pythium et Patroum (vide Demosth. 18, 141).

1005 N. 464. Lapis calcarius quadrangulus, a. 0,75. l. 0,40. cr. 0,44.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1884, p. 26 n. 67. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 50. De lectione sua rettulit Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3, p. 155. — *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΚΑΙ
ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ
ΣΥΓΓΝΩΜΟΣΙΝ
Ο ΙΕΡΕΥΣ
ΕΛΙΚΩΝ
ΤΟ
ΡΠΓ
Circulus n. 9 (p. 187) ΠΕ Circulus n. 14 (p. 187)

Ἀπόλλωνι
καὶ
Ἀσκληπιῶι
συγγνώμοσιν
ὁ ἱερεὺς
Ἑλικὼν
τὸ
ρπγ'.
πε'.

Vs. 2 omisit Cavv. [2], vs. 5 super Iota indicat puncta diaereseos (fortasse ea praetervidi).
Anni p. Chr. n. 306. — Cf. n. 1024.

1006 In basi parvae statuae Aesculapii, a. 0,04. l. 0,175. cr. 0,12, reperta ibidem ubi n. 1004. Videtur esse in museo Atheniensi, ubi tamen a. 1896 inveniri non poterat.
Stais, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1886, p. 249. Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 53.

ΟΑΡΧΙΕΡΕΥCΠΛΟΥΤΑΡΧΟC
ΙΕΡΑΠΟΛΗCΑCΤΩCΩΤΗΡΙ
ΑCΚΛΗΠΙΩΕΤΟΥCΡΠΕ

Ὁ ἀρχιερεὺς Πλούταρχος
ἱεραπολήσας τῷ σωτῆρι
Ἀσκληπιῷ ἔτους ρπε'.

Anni p. Chr. n. 308. — Ut constat e titulo n. 1007, ἀχιερεὺς Athenis fuerat Plutarchus.

1007 In museo Atheniensi statua Aesculapii, inventa in eodem aedificio, in quo n. 1004. 1006. Titulus in basi ovata. A. (cum basi) 0,71.
Stais, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1886, p. 247 (statuam repraesentat tab. 11). Cavvadias, Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ μουσείου n. 264. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 52. — *Exscripsit Fredrich.*

CΕΙΟΜΑΚΑΡΒΟΥΛΑΙCΙΝΥΠΑΡΡΗΤΟΙCΙΝΟΝΙΡΟΙC
ΑΡΗΤΗΡΓΕΓΑΩC *vacat* ΙΚΟΝΑCΗΝΕΘΕΤΟ
ΠΛΟΥΤΑΡΧΟCΚΛΕΙΝΗCΘΕΟΔΕΓΜΟΝΟCΑΤΘΙΔΟCΑΙΗC
ΑΡΧΙΕΡΕΥCΚΕΔΝΟΥΤ› *vacat* ΙΡΟΠΟΛΟCΒΡΟΜΙΟΥ
ΙΕΡΑΠΟΛΗCΑCΕΤΟΥCΡΠΕ

Σεῖο, μάκαρ, βουλαῖσιν ὑπ' ἀρρήτοισιν ὀνίροις,
ἀρητὴρ γεγαώς, ἰκόνα σὴν ἔθετο
Πλούταρχος, κλεινῆς θεοδέγμονος Ἀτθίδος αἴης
ἀρχιερεὺς κεδνοῦ τ' ἱροπόλος Βρομίου.
ἱεραπολήσας ἔτους ρπε'.

Vs. 4 Τ› omittunt Stais et Cavvadias.
Anni p. Chr. n. 308. Cf. n. 1006. Vs. 3 Stais θεοδέγμονα dici putat Atticam, quia adoptaverit cultum Aesculapii; melius intellexeris de Baccho recepto ab Icaro. — Vs. 4 nota apostrophum scriptam post Τ.

1008 N. 89. Ara lapidis calcarii, a. 0,75. l. 0,45. cr. 0,30.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1884, p. 21 n. 62. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 54. Cf. Robert in Prelleri *Griech. Mythologie* I 518 adn. 4. — *Exscripsi.*

ΑϹΚΛΗΠΙΩΙ
ΑΙΓΕΩ ΤΗΙ
ΟΙΕΡΟΦΑΝΤΗϹ
ΚΑΙΙΕΡΕΥϹΤΟΥϹΩΤΗ
ΡΟϹΜΝΑϹΕΑϹ)
ΕΡΜΙΟΝΕΥϹ
ΚΑΤ ΟΝΑΡ
ΤΟ ϹΛΒ

Ἀσκληπιῶι
Αἰγεώτηι
ὁ ἱεροφάν[τη]ς
καὶ ἱερεὺς τοῦ Σωτῆ-
ρος Μνασέας (Μνασέου)
Ἑρμιονεύς,
κατ' ὄναρ,
τὸ σλβ'.

Anni p. Chr. n. 355.

Vs. 2 Αιγεώτηι Cavv., in altera editione non quidem negans et legi posse Αἰγ.; re vera Alpha est certum. Robert veram quidem suspicatus erat epiclesim, vix tamen recta motus ratione: derivare enim vocem vult de αἴξ, cum capra Aesculapium infantem nutriverit; sed fuerit urbis ignotae ethnicum, qualia saepe Epidauri deorum nominibus adduntur.

1009 N. 488. Lapis quadrangulus tufineus, supra fractus, repertus antiquo loco suo ante aedificii *K* (de quo v. lemma n. 1004) latus, quod ad orientem spectat. A. 1,03. l. 0,42. cr. 0,26.
Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 55. — *Exscripsi.*

ΑΓ/
ΕΤΕ
ΙΕΡΕΥ ΙΙ
ΠΙΟΥ Ε
ΝΗΣΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥ
ΒΩΙΙΟΝΙΔΡΥΣΑ
ΤΟΠΟΣΕΙΔΩΝΙ
ΙΠΠΙΩΙ
Circulus n. 45 (p. 190) ΟΖ

Ἀγ[αθῆ Τύχη.
Ἔτε[ι - - - -
ἱερεύ[ς Ἀσκλη-
πιοῦ [Δημοσθ]έ-
νης Δημοσθένου
βω[μ]ὸν ἱδρύσα-
το Ποσειδῶνι
Ἱππίωι.
οζ'.

Varia lectio Cavvadiae. Versus primus omissus || vs. 2 ἔτ[ο]υς.
Sub fine versuum scriptura fit latior, quia respicit laesiones lapidis. Vs. 3. 4. 6 restituit Cavvadias.

1010 N. 393. Lapis calcarius, a. 0,83. l. 0,49. cr. 0,39.
Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3, p. 167 n. 19. — *Exscripsi*

ΕΤΟΥΣ Ι ΣΤΑΤ
ΛΕΥΚΙΟΣΙΕΡΕΥΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ
ΜΝΕΙΙΚΑΙΑΥΣΗΣΙΑΙ

Ἔτους ... [Τί(τος)] Στατ(είλιος)
Λεύκιος, ἱερεὺς
Ἀσκληπιοῦ,
Μνεί[α]ι καὶ Αὐξησίαι.

Circuli duo n. 37 (p. 189)

Nomen deae Αὐσησίαι legit Blinkenberg, sed forma est litterae Xi persimilis litterae Sigma, cf. ad n. 191. Epidauri cultas esse Damiam et Auxesiam testis est Herodotus 5, 82 sq.; nomen Μνία ortum esse censet Danielsson (*Eranos* I, Upsalae 1896, p. 78 sq.) e Δμῖα, laudans Hesychium s. v., idque variatum esse e Δαμία. N. 1062 est Μνία καὶ Ἀζοσία; Mnia culta etiam est Ephesi secundum Hicksii restitutionem verisimillimam tituli *Gr. Inscr. in the Brit. Mus.* III n. 600 vs. 28 Μν]εία(ς), ubi sequitur Λή]θης. — Titulus exaratus est saeculo altero exeunte sive ineunte tertio, dedicans enim hieromnemon erat anno p. Chr. n. 198: vide n. 1156 (ubi cognomen scriptum est Λούκιος) et 1157. In versu primo lineam, quam a Blinkenbergio non indicatam deprehendisse mihi videor ante ΣΤ, superesse sumpsi de praenomine.

1011 *A* N. 246. Fragmentum de summa parte tabulae marmoreae marginatae, a. 0,12. l. 0,25. — *B* N. 97. Fragmentum eiusdem tabulae repertum in aedificio *K* (de quo v. lemma n. 1004), a. 0,34. l. 0,44. cr. 0,09. Litterae versus quarti minores.
A Baunack, Philologus 54, 1895, p. 43. — *B* Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 131. De lectione sua rettulit Baunack, Philologus 54, 1895, p. 38. — *Exscripsi A* et *B* et confeci ectypa.

A

ΟΥΦΟΣΓΞ

B

ΠΝΟΥΠΟΣΙ
ΝΙΜΑΛΕΑΤΑΚ
ΒΙΒΛΙΟΘ ΗΚΗΝ
ΑΑΝΕΘΗΚ ΕΝΞΕΙ
ΚΑΙΑΓΩ

Var. lect. *A* extr. ΓF Baun. Certissimum est Xi.
B vs. 4 extr. ΕΙ omittit Cavv., ΕΠ Baun., quem non credo pleniorem vidisse lapidem sed neglegenter pro tota enotasse litteram quam supplevisset, deceptus apice permagno transverso, quo et hoc Iota et reliqua superne sunt instructa || vs. 5 residuum ultimae litterae omittit Cavv. Baunack: »καὶ ἀγ[ῶνας (quod proposuit Cavv.) .. *unmöglich, denn nach* ΑΓ *ist mir ein Omikron wahrscheinlich*«. Constat fuisse ω, cum circuli residuum discrepet ab Ο et forma et positione supra lineam elata.

- - - Ῥ]οῦφος Γ(αΐου) Ξ....-
πνου Ποσι[κράτους (?) υἱὸς Ἀπόλλω-
νι Μαλεάτᾳ κ[αὶ Ἀσκληπιῷ Σωτῆρι τὴν
βιβλιοθήκην [καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ βιβλί-
α ἀνέθηκεν εἰ[εραπολήσας τὸ -- ἔτος
καὶ ἀγω[νοθετήσας.

Fragmenta quae composui quin eiusdem sint tabulae non est dubium. Latitudo scripturae collocatione versus ultimi est indicata, ergo tentari potuit restitutio. — Recte censet Cavvadias, bibliothecam verisimiliter fuisse in aedificio *K*.

1012 N. 354˙ Ara quadrata lapidis calcarii, a. 0,75. l. 0,37. cr. 0,33. Titulus detritissimus.
Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* III 3, p. 165 n. 10. — *Exscripsi.*

Ego:

Ω
ΟΣΕΙ
ΕΡ
ΠΟΛ ΣΑΣ ΤΟ
ΞΤΟΣ
vacat
Circulus n. 14 (p. 187)

Blinkenberg:

Ἀσκλη]πιῶ
ἐπηκόω
Ἐ.....ος Ἐ..-
ρη...ου ἱερα-
πολ.[ήσ]ας τὸ
... ἔτος.

Eundem lapidem me descripsisse et adhuc paulo clariorem Blinkenbergium, apparet ex aequalitate mensurarum, atque convenit circulus, quem notavi: ex hoc enim elucet dedicatum fuisse Aesculapio. Compositis apographis duobus lucramur haec:

Ἀσκλη]πιῷ
ἐπηκόῳ
Ε[ἰρηναῖ]ος Εἰ-
ρη[ναί]ου, ἱερα-
πολ[ή]σας τὸ
- - - ἔτος.

1013 N. 104. Basis lapidis calcarii, a. 0,60. l. 0,38. cr. 0,26.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1885, p. 197 n. 97. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 76. — *Exscripsi.*

ΑΓΑΘΗ ❧ ΤΥΧΗ
ΑΘΗΝΑΙ ΠΟΛΙΑΔΙ
ΟΙΕΡΕΥϹΤΟΥ
ϹΩ Τ ΗΡΟϹ
ΑϹΚΛΗΠΙΟΥ
ΔΑΔΟΥΧΟϹ
ΚΑΤΟΝΑΡ ❧

Ἀγαθῇ Τύχῃ.
Ἀθηνᾶι Πολιάδι
ὁ ἱερεὺς τοῦ
σωτῆρος
Ἀσκληπιοῦ,
δαδοῦχος,
κατ' ὄναρ.

Deae urbis suae patriae sine dubio dedicavit M. Iulius, cuius alia donaria sunt n. 1003. 1004. 1049. Nomina sua in aliis per compendia modo indicavit, in nostro plane omisit: vir enim manifesto elatus dignitate sua Attica cum summo sacerdotio Epidaurio coniuncta unicum se credebat et omnibus per se notum.

1014 N. 530. Lapis calcarius, repertus ad templi Aesculapii latus, quod ad septentrionem spectat. Pars ima rudis ad inmittendum solo. A. 0,57. l. 0,38. cr. 0,25.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 147 n. 37. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 67. Lapidem contulit Baunack, *Aus Epidauros* 5. — *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΕΚΑΤΗΒΕΛΕΤΗΙ
ΟΙΕΡΟΦΑΝΤΗϹ
ΔΙΟΓΕΝΗϹ
ΚΑΤΟΝΑΡ

ΚΑ — Residuum circuli, cuius symbolum deletum (cf. n. 10 p. 187)

Ἀπόλλωνι
Ἑκατηβελέτηι
ὁ ἱεροφάντης
Διογένης,
κατ' ὄναρ.
κα'.

Titulum plane congruentem idem posuit vir n. 1015. Cf. ad n. 1001.

1015 N. 69. Lapis calcarius, a. 0,65. l. 0,38. cr. 0,26. Olim »in ecclesia ruinosa in convalle angusta montis ut putatur Cynortii« i. e. in aedicula Sanctae Annae, in qua per errorem Sancto Ioanni eam tribuens (cf. Foucart ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 146 *b*) Conze (*Annali d. Inst.* 1861, p. 12) adhuc vidit lapidem.
Chandler, Inscr. II p. 82 n. 143. Clarke, Itinerar. P. II S. II p. 625. (Boeckh, C. I. G. 1176.) — *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΕΚΑΤΗΒΕΛΕΤΗΙ
ΟΙΕΡΟΦΑΝΤΗϹ
ΔΙΟΓΕΝΗϹ
ΚΑΤΟΝΑΡ

Ϛ — Circulus n. 10 (p. 187)

Ἀπόλλωνι
Ἑκατηβελέτηι
ὁ ἱεροφάντης
Διογένης,
κατ' ὄναρ.
ϛ'.

Cf. n. 1014.

1016 N. 137. Parva ara marmorea quadrangula; in summo latere excavatio. Reperta eodem loco ubi n. 1014. A. 0,29. l. 0,15. cr. 0,14.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 149 n. 41. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 70. — *Exscripsi.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΜΑΛΕΑΤΑ
ϹΩΤΗΡΙ
Ὁ ΪΕΡΕΥϹ
ΔΙΟΓΕΝΗϹ

Ἀπόλλωνι
Μαλεάτᾳ
Σωτῆρι
ὁ ἱερεὺς
Διογένης.

De asperi et diaereseos indicatione dixi ad n. 995. — Titulus est anni p. Chr. n. 297, quo Aesculapii sacerdotem fuisse Diogenem testantur tituli n. 1001. 1002.

1017 N. 49. Fragmentum tabulae marmoreae; margo dexter tantum servatus. A. 0,39. l. 0,33. cr. 0,18.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 154 n. 53. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 60. Lapidem contulit Baunack, *Aus Epidauros* 7. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3345 *g*.) — *Exscripsi.*

-ΑΙΧΜΙΔΑΣ
ΔΑΜΟΦΑΝΕΟΣ
ΙΕΡΕΥΣΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣΑΣΚΛΑΠΙΩΙ

Κλε]αιχμίδας
Δαμοφάνεος,
ἱερεὺς γενόμε-
νος, Ἀσκλαπιῶι.

Vs. 4 ΚΛΗΠ Cavv.[1].
Supplevit Cavvadias e n. 993, ubi secundum litteraturae indicia occurrere videtur vir non homonymus solum, sed idem. Cf. stemma gentis ad n. 1124—1130 adiectum.

1018 Athenis in museo fragmentum statuae marmoreae Veneris, repertum in balneis *K*, de quibus confer lemma n. 1004. Statua, de qua nil superest nisi crus sinistrum, pes dexter, manus sinistra cum vestimento, speciem fere exhibebat Cnidiae. Titulus in basi. Altum cum basi 0,42; basis a. 0,05. l. 0,17.
Cavvadias, Γλυπτὰ τοῦ ἐθνικοῦ μουσείου 285. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 80. — *Exscripsi.*

ΑΦΡΙΚΑΝΟϹΟΙΕΡΕΥϹΤΟΓ
ΑϹϹΚΛΗΠΕΙΩΤΗΝΑΦΡΟΔΕΙ
ΤΗΝ

Ἀφρικανὸς ὁ ἱερεὺς τὸ γ'
Ἀσσκληπειῷ τὴν Ἀφροδεί-
την.

Idem antea dedicaverat n. 1023. 1029.

1019 N. 80. Lapis quadrangulus calcarius, infra fractus. In latere, quod a titulo est ad dextram, vestigium statuae; lapis igitur iam antea adhibitus erat. A. 0,35. l. 0,28. cr. 0,32.
Cavvadias, Ἀθήναιον 10, 1881, p. 554 n. 6. Baunack, *Aus Epidauros* 5. Idem, Philologus 54, 1895, p. 35 sq. — *Exscripsi.*

ΑϹΚΛΗΠΙΩ
ΕΠΗΚΟΩ
ΚΕΛϹΟϹ
ΟΙΕΡΕΥϹ

Ἀσκληπιῷ
Ἐπηκόῳ
Κέλσος
ὁ ἱερεύς.

1020 N. 107. Lapis calcarius quadrangulus, a. 0,69. l. 0,40. cr. 0,30. Tres in eodem latere habet titulos: noster primum tenet locum, tum sequitur n. 1336, denique inversa litterarum directione n. 1090.
Blinkenberg, *Nordisk Tidsskr. f. filol.* n. s. 10, p. 270 n. VIII. — *Exscripsi.*

ΝΕΙΚΕΡΩϹΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΙΕΡΑΠΟΛΗϹΑϹΑϹΚΛΗ
ΠΙΩΕΠΗΚΟΩΙ

Νεικέρως Καλλιμάχου
ἱεραπολήσας Ἀσκλη-
πιῷ Ἐπηκόῳ.

Idem videtur, qui dedicavit n. 1048 et ut eponymus perhibetur n. 1159.

1021 Ex apographo Trézelii Le Bas, *Inscriptions recueillies par la commission de Morée* 3, 1837, p. 256 n. 77 et *Expédition de Morée* II p. 169 n. 8. Le Bas-Foucart, *Voyage archéol.* II 153.

Η Π Ο
Ο Φ Ω
Ω Ν Ι Ο Σ
Ι Δ Ρ Ε Υ

Var. lect. Vs. 1 ΗΓ (nil amplius) Tréz. || vs. 3 in. ΟΝ Le Bas.

Versum primum Ἡ πό[λις τῶν Ἐπιδαυρίων supplet Foucart, negans expediri posse reliqua, atque re vera cum titulo honorario non possunt conciliari. Equidem coniecerim fere tale quid:

Ἀσκλ]ηπ[ι]ο[ῦ Ἐπηκόου (s. epiclesis alia).
Ἀριστ]οφῶ[ν (s. Ἀγλα]οφῶ[ν) τοῦ δεῖνος,
Ἀπολλ]ώνιος [τοῦ δεῖνος
ἱ[α]ρεύς.

1022 N. 328. Lapis calcarius, in parte postica fractus. A. 0,86. l. 0,66. cr. 0,33.
Blinkenberg, *Asklepios* p. 126 n. 17. (Baunack, Philologus 54, 1895, p. 19 n. 9.) — *Exscripsi.*

Ν
Ο Δ Ο Ι Ι Ι Ι Ι Ο Υ Ι Ε Ρ Ε Υ C
Λ C Η Π Ι ω Δ Ι Ι Τ Λ Ο Ν Α Ι

Circulus n. 15 (p. 187) ϟϛ

- - - - - - - - ν - - - -
- - - - ος Διογνήτου ἱερεὺς
Ἀσκληπιῷ Διὶ κατὰ ὄναρ.

ϙϛ′.

Pleniores versus 2. 3 vidit Blinkenberg, sicut eos transscripsi; sed omittit versus primi residuum. Ἀσκληπιὸς Ζεύς, sicut Ζεὺς Ἀσκληπιός (n. 1000) e circuli signati testimonio Aesculapius credebatur, non Iuppiter.

1023 In lapide eodem, in quo antiquior n. 1154.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 88 n. 24. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 79. Cf. Stais, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 247 adnot. — *Exscripsi.*

Α C Κ Λ Η Π Ι ω | Ἀσκληπιῷ
Κ Λ Υ Τ Ο Μ Η Τ Ι Δ | Κλυτομήτιδ[ι
Α Φ Ρ Ι Κ Α Ν Ο C | Ἀφρικανὸς
Ο Ι Ε Ρ Ε Υ C | ὁ ἱερεὺς
Τ Ο Β | τὸ β′.

Circulus n. 16 (p. 188) ΞϚ | ξϛ′.

Vs. 5 τὸ β′ non recte Stais intellegit de anno aerae; est: »*sacerdos iterum*«. Idem vir eodem anno dedicavit n. 1029, postea ἱερεὺς τὸ γ′ n. 1018.

1024 N. 82. Ara parva marmorea, infra fracta, olim inaedificata domui cuidam prope templum Aesculapii. A. 0,38. l. 0,15. cr. 0,15.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1883, p. 157 n. 58. Idem, *Fouilles d'Épidaure* I 84. Baunack, *Aus Epidauros* 8. — *Contuli.*

Lyons, *Transactions of the Royal Society of Literature* 1847, p. 231. Conze, *Annali d'Instituto* 1861, p. 12. Foucart in supplemento ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 147*a*. (Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 87.) — *Exscripsi.*

////////////////////////////////
ΤΙ //////////////////////// Υ
Π ΙΟΙΟΙΗ
ΣΑΣΑΡΤΕ
ΜΙΔΙΕΝΟ
ΔΙΑ

[Ὁ δεῖνα
Τι[μαί(?)ο]υ
π[υρ]ο[φ]ο[ρ]ή-
σας Ἀρτέ-
μιδι Ἐνο-
δίᾳ.

Var. lect. Priores dant versus modo ultimos duos, Foucart tres.
Vs. 3 vocem cuius residua in lapide sunt recte suppleverat Cavvadias.

1543 Basis rectangula.

Foucart in supplemento ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 144*a*. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3329. Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 124. Idem, Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ p. 178.)

ΛΑΤΟΥΣ

Λατοῦς.

1544 Basis lapidis calcarii reperta in area eadem, in qua n. 1547. 1548. A. 0,54. l. 0,56. cr. 0,32.

Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1899, p. 16 n. 4.

ΜΟ
ΘΕΟΣΤΕΙΜΟΘΕΟΥ
ΠΥΡΟΦΟΡΗΣΑΣΔΙΣ
ΚΑΤΑΤΟΕΞΗΣΑΝΕ
ΘΗΚΕΕΠΙΙΕΡΕΩΣΕΥ
ΤΥΧΟΥΤΟΥΕΥΤΥΧΟΥ


Μο[ύσαις Τειμό-
θεος Τειμοθέου,
πυροφορήσας δὶς
κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀνέ-
θηκε ἐπὶ ἱερέως Εὐ-
τύχου τοῦ Εὐτύχου.

Vs. 1 supplevi nomen dearum, quas cultas esse consentaneum est in sacro Apollinis.

1545 Repertum in eodem aedificio in quo n. 1547. 1548.
Cavvadias, Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ p. 179 et 193 adnot. 9.

Ποτειδᾶνι
Σαλαμειν[ίῳ] Εὔ-
τυχος Διοδώ-
ρου πυροφορήσας.

1546 N. 527. Lapis calcarius, supra fractus, ad dextram laesus. Olim in Sanctae Annae aedicula. A. 0,94. l. 0,32. cr. 0,22.
Clarke, *Travels* pars II sect. II p. 626. (Boeckh, C. I. G. 1178.) Lyons, *Transactions of the Royal Society of Literature* 1847, p. 130. Foucart in supplemento ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 144 *b*. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3327.) Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 59. — *Exscripsi.*



[Ὁ δεῖνα
ἱαρε[ύς,
Φάων
πυρφόρο[ς
ἀνέθηκα[ν.

Tertio a. Chr. n. saeculo certe non recentior. — Rationem tituli perspexit Foucart, qui recte dicit versum tertium integrum esse; sequitur enim spatium vacuum.

1547. 1548 In area domus Romanae servatae sunt pilae portae, in quarum ea quae spectatori est ad sinistram est titulus n. 1547, n. 1548 in pila dextra. A. 0,77. l. 0,36. cr. 0,46.
Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1899, p. 11 sq. n. 2 et 3. Idem, Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ p. 179. — *Exscripsi ex ectypis*, quae debeo Cavvadiae insigni liberalitati.

1547
ΘΕΟC ΑΓΑΘΑ ΤΥΧΑ
CΚΑΝΑΙΕΡΕΩCΑΡΧΙΜΗ
ΔΟΥC ΤΟΥ ΙΛΑΡΟΥΝΑ
ΚΟΡΟΥΠΑΡΑΜΟΝΗCΤΗC
ΑΒΑCΚΑΝΤΟΥΠΥΡΟΦΟ
ΡΟΥΙΛΑΡΟΥΤΟΥΑΡΧΙΜΗ
ΔΟΥC ΖΑΚΟΡΟΥΛΑΝΠΡΟ
ΤΥ ΧΗCΝΑΥΦΥΛΑΚΩΝ
ΕΥΤΥΧΟΥ<ΚΑΙΔΑΦΝΟΥ
ΙΕΡΕΩCΑ ΜΕΝΟΙ ΞΕΤΕΙ
ΤΟΙCΘΕΟΙCΕΥΧΑΡΙCΤΟΥ
ΜΕΝ

Θεός· Ἀγαθὰ τύχα.
Σκανὰ ἱερέως Ἀρχιμή-
δους τοῦ Ἱλάρου, να-
κόρου Παραμόνης τῆς
Ἀβασκάντου, πυροφό-
ρου Ἱλάρου τοῦ Ἀρχιμή-
δους, ζακόρου Λανπρο-
τύχης, ναυφυλάκων
Εὐτύχου (τοῦ Εὐτύχου) καὶ Δάφνου·
ἱερεωσάμενοι ξ' ἔτει
τοῖς θεοῖς εὐχαριστοῦ-
μεν.

1548
ΘΕΟC ΑΓΑΘΑ ΤΥΧΑ
ΧΑΙΡΕ CΚΑΝΑΙΕ
ΡΕΩC ΙΛΑΡΟΥΤΟΥ
ΑΡΧΙΜΗΔΟΥCΝΑ
ΚΟΡΟΥΚΕΡΔΩΝΙ
ΔΟC ΔΙΟΙΙΥCΙΟΥ
ΠΥΡΟΦΟΡΟΥ ΙΛΑ
ΡΟΥ Ι Υ Ι
ΕΤΟΥC Π̄ Γ̄
ΕΥΤΥΧΩC

Θεός· Ἀγαθὰ τύχα·
χαῖρε. Σκανὰ ἱε-
ρέως Ἱλάρου τοῦ
Ἀρχιμήδους, να-
κόρου Κερδωνί-
δος Διο[ν]υσίου,
πυροφόρου Ἱλά-
ρου [Ε]ὐ[τύχου.

Ἔτους πγ'.

Εὐτυχῶς.

N. 1547 anni est p. Chr. n. 183, n. 1548 anni 206.
Docemur aedificium, ad quod pertinebant pilae nostrae, σκανά dictum et domicilium fuisse ministrorum sacrorum.
N. 1547. Diversa sunt munera νακόρου (vs. 3 sq.) et ζακόρου (vs. 7), ut recte statuit Thomas Magister p. 404: ζάκορος καὶ νεωκόρος διαφέρει. Quod pergit: ὁ γὰρ ζάκορος σεμνότερόν τι ἦν νεωκόρου, difficile quidem est fidem derogare testimonio ceteroquin probato; tamen e titulis n. 1547—1549, in quibus omnibus νακόρος est primo post sacerdotem loco, ζάκορος tacetur excepto uno n. 1547, illum dixeris fuisse nobiliorem. In n. 1547 et νακόρου et ζακόρου, in n. 1548 νακόρου munere funguntur mulieres, incerta res in n. 1549. — Vs. 10 ἱερεωσάμενοι praeter sacerdotem proprie dictum videmus comprehendere etiam magistratus sacros reliquos.
N. 1548 vs. 1 tertium Alpha correctum ex Η. — Vs. 8 verisimillime supplevit nomen patris Cavvadias. Inter hunc et proximum versum intercidisse versum significat Cavvadias in transscriptione; mihi certum videtur vacuum fuisse spatium.

1549 N. 520. Tabula lapidis calcarii, quae tegebat basim, fracta ad dextram et in parte postica. Olim inserta muro septentrionali aediculae Sanctae Annae. A. 0,18. l. 0,64. cr. 0,60.
Conze, *Annali d'Instituto* 1861, p. 12. Foucart in supplemento ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 147 *b*. (Dittenberger, Sylloge[2] 581. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3359. Cavvadias, *Fouilles d'Épidaure* I 77. Michel, *Recueil d'inscr. Grecques* p. 758.) Ex apographo suo Cavvadias, Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. 1899, p. 21 n. 10 et Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ p. 180. — *Exscripsi* et confeci ectypum.

ΘΕΟΣ ΑΓΑΘΑ ΤΥΧΑ
ΣΚΑΝΑΙΕΡΕΩΝΣΩΦΡ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΝΑΚΟΡΟΥΕΥ
ΚΥΠΡΙΔΟΣΠΥΡΟΦΟΡΟΥ
ΑΚΩΝ ΑΡ ΟΝ

Var. lect. Conzeio, ut ipse cum in crepusculo lapidem exscripsisset erat suspicatus, parum bene successit res, itaque eius non enumero diversitates. — Vs. 2 extr. ΕΩΝΚ.. Fouc. || vs. 3 extr. ЄΥΚ Cavv., nihil post *ναϰόρου* Fouc. || vs. 4 in. ...ΧΑΡΙΔΟϹ Fouc. Mecum congruit Cavvadias. — In fine ΥЄ Cavv., nihil post ΟΥ Fouc. || vs. 5 Foucarto nihil certi erat conspicuum. ......ΑΚΩΝ/////// (nihil amplius) Cavv., quod esse vult *ναυφυλ]άϰων*.

Θεός· Ἀγαθὰ τύχα.
Σϰανὰ ἱερέων· Σώφρ -
Διονυσίου ναϰόρου, Εὐθα[λλ - s. Εὐθά[ρσους
Κύπριδος πυροφόρου, [Ε -
..... Λ]άϰωνο[ς] ἀρ[τοπ]όνο[υ.

Non dubium est quin lapis oriundus sit ex aedificio eodem, e quo n. 1535. 1536.

Interpungit Cavvadias: Σϰανὰ ἱερέων Σωφρ-- | Διονυσίου, ναϰόρου Εὐϰ-- | Κύπριδος, πυροφόρου Ε--, sed id teneri non potest post meam versus ultimi lectionem, e qua patet postpositas fuisse munerum appellationes. Manifesto igitur voci ἱερέων (vs. 2) idem est sensus atque vocabulo ἱερεωσάμενοι in n. 1547 vs. 10, ut complectatur etiam ministros minores.

Negotium ἀρτοπόνου, quam vocem recte restituisse mihi videor vs. 5, datum erat ut conficeret panes sacros, de quibus conferendus est Pollux 6, 75.

PARS VNDECIMA.

TITVLI SPVRII VEL SVSPECTI.

AEGINA.

1550 Figura fictilis repraesentans mulierem sedentem (Cererem?), quae in capite gerit modium. Olim possidebat F. Lenormant, nunc museum Britannicum.

De Witte, *Gazette des beaux arts* 1866 II p. 114. (Gerhard, *Archäol. Zeitg.* 24, 1866, p. 293*.) F. Lenormant, Mus. Rhen. 22, 1867, p. 290 n. 278. Idem, *Archäol. Zeitg.* 25, 1867, tab. 228 n. 3, p. 122. (Röhl, Inscr. antiq. 3.) F. Lenormant, *Revue archéol.* 1882 I p. 306. Newton, *Guide to the 2d. vase room* (1878) II p. 19 n. 152. Cf. eundem apud Röhl, *Hermes* 17, 1882, p. 464.

In arcu sellae iuxta deae caput de Witte satis clare cernere sibi visus erat:

I A
K E

et praeterea umbras litterarum aliarum; conici posse »*avec quelque probabilité*« haec superesse de *Μελία* (s. *Λαμία*, *Δαμία*, cet.) *ἀνέθηκε*. In commentatione sua seorsum expressa, quam paulo post amicis distribuisse credendus est de Witte (cf. Röhl, *Hermes* 18, 1883, p. 98), ita mutavit sententiam, ut satis clare se agnovisse diceret litteras septem vel octo: **ΕΛΙΑ - ΘΕΚΕ**, conici posse »*avec toute vraisemblance*« Μελια (s. Δελια, Πελια) *ανεθεκε*. In qua coniecturae prioris confirmatione partes habuisse ducendus est Lenormant, quocum de Witte tantam familiaritatem inire non aspernatus est, ut multos post annos aetate quidem valde provecta adduci posset, ut eum dicens »*my learned collegue and friend*« honestum nomen suum subscriberet commentariolo inserto diario *Academy* d. 9 m. Sept. a. 1882, quo repetitis verbis libelli seorsum expressi tamquam si in ipso diario *Gazette archéol.* data fuissent Röhl (quem conferas loco modo laudato) falso ea laudavisse argueretur. Certe Lenormant a. 1867 ipse in ephemeride archaeologica Germanica edens imaginem figurae titulum sic designandum curavit:

Ε Λ Ι Α
Θ Ε Κ Ε

Newton extare quidem sine dubio censuit residua litterarum ectyparum, sed nullam posse legi; Murrayio, ut anno 1897 comiter mihi scripsit, constat falsam esse scripturae speciem, defluxisse enim album sellae colorem et effecisse lineas fortuitas. Quae cum exhibeant colorem plane eundem atque sella, si fuissent litterae, has non discerni potuisse; necessario adhibendum fuisse colorem diversum, sic ut vicinum sellae anthemium colore rubro sit distinctum. Quibus argumentis rem expedivisse dixeris virum clarissimum; accedit quod mira est prisca aetate scriptura opere anaglypho effecta.

1551 In fragmine cymatii oriundi e cella templi.

F. Lenormant, *Annali d. Inst.* 1829, p. 342. *Expédition de Morée* III tab. 52, p. 61 n. 10. Ross, *Kunstblatt* 1837, p. 321 = *Archäol. Aufsätze* I 241. (Boeckh, C. I. G. II 2138*b* et Addenda p. 1011. Leake, Peloponnesiaca 273.)

Δ Ι Ι Π Α Ν Ε Λ Λ Η Ν Ι Ω Ι //////
Γ Α ////

Ross se cum Gerhardio vidisse refert lapidem neque ullum temporis punctum dubitavisse, quin inscriptio adulterata esset, idque quidem ineptissime. Esse cur credat Gropium aliosque effossionum socios eam ioci causa exaravisse, ut Guilelmum Gellium in errorem inducerent, postea cum titulus multas in Europa movisset disputationes veritos eos esse rem patefacere. Repererunt lapidem Bavarii in effossionibus a. 1901 a se institutis (vide Furtwängler, Acta acad. Monac. 1901 p. 367).

1552 In fragmentis duobus repertis in ruinis templi.

Expédition de Morée III p. 61 n. 11.

Λ Α Ν Ι Ο

Id restare de *Ζεὺς Πανελ]λάνιο[ς* neque minus fictum esse quam titulum praecedentem statim conicias, et revera Welcker, *Tagebuch einer griechischen Reise* 1, 104, narrat Broendstedium cum aliis fabricavisse titulum quendam, quo Stackelbergium fallerent; versum ultimum fuisse:

Τ Η Σ Η Ι Ξ Ε Υ Σ Π Α Ν Ε Λ Λ Α Ν Ι Ο Σ

CORINTHIA.

1553 Speculum aeneum rotundum repertum *Corinthi* in sepulcro. Ornatum est circulis duplicibus quattuor; in intervallo inter circulum secundum et tertium interiecto est titulus; fines linearum rectarum instructi sunt punctis. Asservatur in museo Atheniensi n. 7699.

Pervanoglu, *Archäol. Zeitg.* 24, 1866, p. 174*. (Foucart in additamentis ad Le Bas, *Voyage archéol.* II 87*b*.) Dumont, *Monuments Grecs publiés par l'association des études Grecques* I, 2 p. 26. Mylonas, Ἑλληνικὰ κάτοπτρα (1876) n. 36. Ridder, *Catalogue des bronzes de la société archéologique d'Athènes* p. 104 n. 527. — *Exscripsi.*

ΣΙΜΟΝΘΕΟΙΣΣΩΤΗΡΙΟΙΣ

Quam minime e forma litterarum et e modo insculpendi dubium est, quin inscriptio adulterata sit in speculo genuino.

1554 »Tabula marmorea pollices III alta, semipedem et semunciam lata, in Museo Kempiano. Ed. Ainsworth. Monum. vetustat. Kemp. p. 39. et ex schedis praesidis Mazaugues Murat. T. IV. p. MCMXC. 6. Nos damus ex Ainsworthο« Boeckh, C. I. G. 1105*b*.

ΟCΤΙΛΙΟC.ΜΑΡΚΕ
ΛΛΟC.Ο ΙΕΡΕΥC
ΤΟΥ.ΑΝΤΙΝΟΟ

»Ὀστίλιος Μάρκελλος ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀντινόου. Eadem inscriptio est in nummis Corinthiis in adversa parte, et continuatur in aversa verbis ἀνέθηκε τοῖς Ἀχαιοῖς, vel ἀνέθηκε. Κορινθίων. Vide Eckhel. D. N. T. VI. p. 532. Igitur titulus, si genuinus, est Corinthius. Sed quum ex Kempianis lapidibus haud pauci ficti sint et aliunde quidem transscripti, non dubito hunc quoque titulum ex nummi inscriptione in lapidem coniectum esse« Boeckh.

1555 »Fragmentum *Corinthi* repertum. Descripsi anno 1863 Novae Corinthi.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 394 n. 242. (Le Bas-Foucart II 89*b*.)

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΟΛΥΜΠΙΟΝ

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραϊανὸν
Ἁδριανὸν Σεβαστὸν Ὀλύμπιον.

Suspectum sicut pars titulorum sequentium propter solum editorem. Certe lapidum omnium, quos in huius voluminis provincia se vidisse contendit, neque ego neque alius ullum reperit, excepto uno n. 854 et vel hunc non legit sed interpolavit editionem priorem.

1556 »In basi marmorea *Corinthi* reperta. Descripsi anno 1863 intra domum privatam Novae Corinthi.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 394 n. 241.

ΤΙΤΟΝΦΛΑΒΙΟΝ	Τίτον Φλάβιον
ΝΙΚΑΝΔΡΟΝΟΙΓΟ	Νίκανδρον οἱ γο-
ΝΕΙΣ	νεῖς.

Indicare solent qui titulos tales ponunt nomina sua.

1557 »*Corinthi*, in ruderibus domus veteris urbis.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 515 n. 320.

ΓΒΙΒΟΥΛ
ΠΑΤΡΙΑΝ

Suppleri haec vult editor: Γ. Βιβούλ[λιος - -] πατρὶ ἀν[έθηκεν. Mira est dedicatio oblata patri. Nomen Βιβούλλιος plus semel in Corpore Inscriptionum inveniri potuit.

1558 »In stela marmorea penes demarchum vici Σοφικό dicti. Descripsi anno 1859.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 394 n. 243. (Le Bas-Foucart II 156*b*.)

ΔΑΜΟΚΛΗΣ — Δαμοκλῆς.

1559 »*Sophici*, in ecclesia Beatae Virginis. Descripsi anno 1859.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 394 n. 244. (Le Bas-Foucart II 156*a*.)

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ	Ἀρτεμίδωρος
ΑΠΟΛΛΩΝΙ	Ἀπόλλωνι
ΕΥΧΗΝ	εὐχήν.

1560 »*Sophici*, in stela marmorea. Descripsi anno 1859.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 394 n. 245. (Le Bas-Foucart II 150*c*.)

ΕΝΥΩΞΑΝΘΙΑ

Vix est qui Lenormantio credat Ἐνυώ nomen gessisse mulierem humanam.

1561 »*Oenoe*, in stela marmorea. Descripsi anno 1860.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 393 n. 240. (Le Bas-Foucart II 84*a*.)

ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΣ — Ἀπολλόδοτος.

NEMEA.

1562 »Nemeae, in altari exiguo.«

F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 516 n. 328. (Le Bas-Foucart II 143*b*.)

ΔΙΙΣΩΤΗΡΙ	Διὶ Σωτῆρι
ΕΡΕΝΝΙΟΣ	Ἑρέννιος
ΑΝΕΘΗΚΕΝ	ἀνέθηκεν.

Ἑρέννιος nomen peti potuit e Corpore Inscriptionum, ubi non rarum.

1563 »Nemeae, in parva ecclesia prope templum Iovis.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 516 n. 329.

ΡΑΤΙΟΝ	ΙΣΘΜ	παγκ]ράτιον	Ἴσθμ[ια
ΗΝ	ΑΣΠΙ	πάλ]ην	Ἀσπί[δα τὴν ἐξ Ἄργους.

Revera prope templum Nemeaeum est parva ecclesia, ad quam construendam adhibiti sunt lapides antiqui iique inscriptionibus instructi (cf. n. 484—488). Tamen de titulo non spoponderim. Certe emendare volui quod scripsit Lenormant: Ἀσπὶ[ς ἐν Ἄργει.

ARGI.

1564 »Argis, in lapide quadrato.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 515 n. 323. (Le Bas-Foucart II 128*a*. Röhl, Inscr. antiq. 43. Roberts, *Introd. to Greek epigraphy* 82.)

ΜΕϜΑΝΘΙΟΣ   Μελάνθιος.

1565 »Argis, in fragmento basis marmoreae quadratae.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 515 n. 324. (Prellwitz, *Dialektinschr.* 3289.)

ΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΑ
ΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥΝΑΣΚΑ
ΙΤΑΣΕΙΣΤΑΝΠΟΛΙΝ
ΑΡΕΤΑΣ

εὐσεβείας ἕνεκα
καὶ σωφροσύνας κα-
ὶ τᾶς εἰς τὰν πόλιν
ἀρετᾶς.

Divisiones diphthongorum qualis κα|ί vs. 2. 3 revera occurrunt in regionum vicinarum inscriptionibus (cf. adnotata ad n. 823, p. 165 col. II). Sed nihil refert, utrum genuinus an falsus sit titulus.

1566 »Argis, in parva stela marmorea.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 516 n. 325. (Le Bas-Foucart II 139*b*.)

ΚΛΥΤΕ   Κλύτε,
ΧΑΙΡΕ   χαῖρε.

1567 »Argis, in stela marmorea.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 516 n. 326. (Le Bas-Foucart II 139*a*. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3308.)

ΑΓΑΣΤΙΠΠΕ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Recte Foucart· »*ce nom est peut-être une erreur pour* Ἀγάσιππε«: fefellit falsarium memoria.

1568 »Argis, in parva tabula marmorea.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 516 n. 327. (Le Bas-Foucart II 139*c*.)

ΞΛΝΘΗ   Ξάνθη
ΧΡΗϹΤΗ   χρηστή.

NAVPLIA.

1569 »Naupliae, in marmore ex templo quodam antiquo, quod temporibus christianis inserviit usui sepulcri.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 515 n. 322.

ΘЄΟΔΟΥΛΟΥ
Ш Є ШΟΡΙΟΝ

Unica fuerit memoria de templo antiquo Naupliae in usum sepulcralem transformato.

»Barbarum μεμοριον ... invenitur iam in titulo Corinthio apud Rossium, Inscr. graec. I 62 [huius operis n. 405]« Lenormant, ipse exemplum indicans quo in titulo fingendo usus est.

1570 »Naupliae, in columella e lapide calcario.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 515 n. 321. (Le Bas-Foucart II 143*a*.)

ΛΘΗΝΙΩΝ
Ἀθηνίων.

TROEZEN.

1571 »Troezene in basi marmorea. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 396 n. 251. (Le Bas-Foucart II 157*b*.)

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙϹΑΡΑ
ΛϹЄΠΤΙШΙΟΝϹЄΒΗΡΟΝϹЄ
ΒΑϹΤΟΝΠЄΡΤΙΝΑΚΑΑΡΑ
ΒΙΚΟΝΠΑΡΘΙΚΟΝΑΔΙΑΒΗ
ΝΙΚΟΝЄΥΤ Υ ΧΗΗΠ ΟΛΙϹ
ЄΠΙϹΤΡΑΤΗ ΓΟΥШ ΑΥΡΗ
ΛΙΟΥΤΟΥϹΩΛΩΝ Ο Ϲ

Exemplum praebuit titulus Troezenius n. 793. Non bene cessit orthographia vocis ultimae Σώλωνος.

CALAVRIA.

1572 »In monasterio beatae virginis insulae Calauriae. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 395 n. 248.

Π Ο Σ Ε Ι Δ Ω Ν Ι Ε	Ποσειδώνιε
Χ Ρ Η Σ Τ Ε	χρηστέ·
Χ Α Ι Ρ Ε	χαῖρε.

1573 »In insulae Calauriae oppido Poro. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 395 n. 249.

Μ Α Ρ Κ Ε
Ο Υ Ω Λ Ο Υ Σ Ι Ε
Ρ Ω Μ Α Ι Ε
Χ Ρ Η Σ Τ Ε
Χ Α Ι Ρ Ε

Arguit falsarium Ω in nomine gentili pro O scriptum.

1574 »Ibidem [ubi n. 1573]. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 396 n. 250.

Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ε	Διονύσιε
Κ Α Ι Π Λ Ο Υ Τ Α Ρ Χ Ε	καὶ Πλούταρχε
Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο Υ	Διονυσίου
Χ Ρ Η Σ Τ Ο Ι	χρηστοί·
Χ Α Ι Ρ Ε Τ Ε	χαίρετε.

METHANA.

1575 »*J'ai copié cette inscription en 1859, à Methana dans l'Argolide, sur un grand autel carré en marbre blanc, renversé au milieu des vignes auprès du rivage de la mer. La forme des lettres dénote l'époque impériale romaine.*«
F. Lenormant, *Revue archéol.* 1864 I p. 66. (Le Bas-Foucart II 159*g*.)

Δ Ι Ο Σ	Διὸς
Α Π Ο Β Α Τ Η	Ἀποβατη-
Ρ Ι Ο Υ	ρίου.

Laudans Arrian. anab. 1, 11, 7 Lenormant verisimillime prodit exemplum suum.

1576 »Methanae in stela marmorea. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 395 n. 247. (Le Bas-Foucart II 159*b*. Prellwitz, *Dialektinschr.* 3376.)

Ε Υ Δ Α Μ Ο Ξ Κ Υ Λ Λ Ι Α

Procreavit verba versus secundus tituli Argivi n. 618 (C. I. G. 1120) Εὔκριτος Κυλλία, immo parva nominis prioris mutatio labore quam minimo est facta; Εὔδαμος enim hauriri poterat ex eiusdem tituli versu septimo.

EPIDAVRVS.

1577 »Epidauri, prope acropolin. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 396 n. 252.

Α Σ Κ Λ Η
Κ Λ Α Υ Δ Ι
Υ Π Ε Ρ Τ

Supplementum addit Lenormant: Ἀσκλη[πιῷ καὶ Ὑγείᾳ] Κλαύδι[ος - -] ὑπὲρ τ - -. Sed in urbe Epidauro, e qua necessario oriundus est titulus »prope acropolin« repertus, vix collocatae erant diis medicis dedicationes; melius igitur scripsisset vir honestus e. g. Ἀσκλη[πιάδης], | Κλαυδί[α εὐχὴν] | ὑπὲρ τ[ῶν τέκνων. Sed verisimillime nusquam repertus est titulus.

1578 »Epidauri, in fragmento basis marmoreae. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 397 n. 154*a*. (Le Bas-Foucart II 154*a*.)

Α Υ Τ Θ Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Α Κ Α Ι Σ Α Ρ Α Μ
Ο Υ Λ Π Ι Ο Ν Ν Ε Ρ Ο Υ Α Ν Τ Ρ Α Ι Α Ν

Infausto die imperatori Traiano nomen Ulpio indidit tituli auctor.

1579 »Epidauri, in basi marmorea. Descripsi anno 1859.«
F. Lenormant, Mus. Rhen. 21, 1866, p. 396 n. 253. (Le Bas-Foucart II 152*a*.)

Α Π Ο Λ Ι Σ Τ Ω Ν Ε Π Ι Δ Α Υ Ρ Ι Ω Ν
Τ Ι Β Ε Ρ Ι Ο Ν Κ Λ Α Υ Δ Ι Ο Ν Φ Ι Λ Ο Ξ Ε
Ν Ο Ν Α Ρ Ι Σ Τ Ο Π Ο Λ Ε Ι Τ Ε Υ Σ Α Ν
Τ Α Κ Α Ι Τ Ρ Ι Σ Ν Ο Μ Ο Θ Ε Τ Η Σ Α Ν Τ Α

Pro miro ἀριστοπολειτεύσαντα debebat ἄριστα πολειτευσάμενον, parum diligenter contemplatus exemplum suum, quod praebebat titulus Epidaurius n. 1444 olim a patre suo de lapide exscriptus. Quod ibidem est δὶς ἀγωνοθετήσαντα infeliciter mutavit in τρὶς νομοθετήσαντα, munus enim νομοθέτου in tanta inscriptionum Epidauriarum multitudine frustra quaeras.


PARS DVODECIMA.

TITVLORVM INCREMENTVM.

I. AEGINA.

1580 Fragmenta contigua quattuor tabulae e lapide calcario factae reperta a. 1901, primum ante templi servati medium latus meridionale, reliqua in muro interiore fulciente aggerem a templo ad orientem constructum. A. 0,25. l. 1,60. cr. 0,09. Litterae altae 0,06.

Furtwängler, *Berl. philol. Wochenschr.* 1901 p. 1001. Idem, Acta acad. Monac. 1901 p. 371 sq. M. Fränkel, Mus. Rhen. 57, 152. Imago ad octavam partem redacta delineata est ex ectypo chartaceo, quod insigni benignitate mihi transmisit Furtwängler.




Var. lect. Vs. 2 X, quod deest in Furtwaengleri imagine, ipse addidit *Berl. philol. Wochenschr.* 1901 p. 1088. — Vs. 3 in. residuum litterae Sigma addidi ex ectypo.

Τοῦ δεῖνος Κλ]εοίτα ἰαρέος ἐόντος τἀφαίαι ὦιϙος
ὠιϙοδομ]ήθη χὠ βωμὸς χὠλέφας ποτεποιήθη
χὠ περίβολο]ς περι[ε]ποιήθη.

Dissertatione laudata probavisse mihi videor verbum οἶκος non, ut credidit Furtwängler, designare templum, sed aediculam iuxta templum collocatam atque cultam quidem esse Aphaeam in Dianae sacro (cf. Antonin. Liberalis 40), ad quod totum titulum esse referendum: Dianae constructam esse novam aram (vs. 2) itemque ebore ornatum esse eius templum, idque fortasse portam, sic ut factum esset in templo Aesculapii Epidaurio (vide n. 1484 vs. 65).


Exordia versuum constitui; in versu primo nomen viri, quod quidem ipsius sacerdotis credidit esse, supplevit Furtwängler.

1581 Fragmentum repertum a templo ad meridiem, a. 0,15. l. 0,17. Materia itemque fere crassitudo convenit cum n. 1580, sed litterae paulo maiores et paulo magis remotae a margine servato superiore. — *Exscripsi* ex ectypo comiter suppeditato a Furtwaenglero.



1582 Fragmenta contigua duo tabulae mensae e lapide calcario molli et diverso a n. 1580. 1581 fabricatae, quae ad immolandum instructa est cavatione non profunda. Reperta sunt a templo inter meridiem et orientem. L. 0,50. cr. 0,075. Titulus in margine tabulae exteriore.


Furtwängler, *Berl. philol. Wochenschr.* 1901 p. 1002. Idem, Acta acad. Monac. 1901 p. 370 (utroque loco litteris minusculis). Cf. Meister, *Berl. philol. Wochenschr.* 1901 p. 1088. Imago reddens quintam magnitudinis partem delineata est ex ectypo transmisso a Furtwaenglero.



Ὁ δεῖνα ἀ]νέθηκε τἀφαί(αι) Ὀχ[ίμου (?).


Facile inducimur, ut multo antiquiorem credamus titulum quam n. 1580, sed non nimis antiquum esse nostrum arguit Theta instructum puncto: falsa diversae aetatis species orta est diversa lapicidarum diligentia; alterius enim scriptura pulcherrima et sollertissima, nostri valde neglegenter exarata. Suo igitur iure censet Furtwängler proclivi errore αι semel modo scriptum esse; Wilamowitz (apud Furtw.) breviorem fuisse putat nominis divini formam, Meister contractam Ἀφᾶ. — Verba conatus sum restituere; minus verisimile fuerit Ἀ]νέθηκε τἀφαί(αι) Ὄχ[ιμος.


1583 Fragmentum tabulae plane aequalis atque n. 1582 et eiusdem crassitudinis, repertum in ruinis inter meridiem et orientem sitis. Servatus est tabulae angulus dexter. Imago delineata e Furtwaengleri ectypo reddit quartam magnitudinis partem.



ἀνέθ]ηκε.

1584 Fragmenta duo marginis pelvis e marmore Pario factae, reperta in ruinis a templo inter meridiem et orientem sitis. *a* a. 0,06. l. 0,10. Littera Alpha a. 0,06; altera 0,02. Memorat Furtwängler, Acta acad. Monac. 1901 p. 370. — *b* tam detritum ut vix discernantur umbrae litterarum. — Debeo Furtwaenglero fragmenti *a* ectypum, fragmenti *b* apographum.

a  Ἀφ[αίαι.


b 

1585 Fragmentum e lapide calcario factum, ut videtur pilae rectangulae fulcientis donarium. Repertum a templo inter meridiem et orientem. Imago ad quartam partem est redacta ex ectypo debito benignitati Furtwaengleri, qui memorat titulum in Actis acad. Monac. 1901 p. 370.




Ἀφ]αία[ι
Δ]ιομήδη[ς.

1586 Fragmentum marmoris Parii, ut videtur de basi. Apographum comiter misit Furtwängler.



- εος.

1587 Fragmentum baseos factae e marmore Pario, repertum a templo inter meridiem et orientem, a. 0,16. l. 0,21. In summo latere residuum foraminis, ut videtur ad inmittendum pedem statuae. Litterae pulchrae et aequales a. 0,015. *Exscripsi* ex ectypo, quod debeo Furtwaenglero.




- στ]ρατος ὁ - -
ἀνέθηκ]ε κἤργων.

In fine versus prioris indicatum fuerit -strati munus. Alter dedicantium audiebat Ἔργων, quod nomen sicut οἶϝος in titulo n. 1580, Διομήδης n. 1585 docet, iam prisca aetate Aeginae evanuisse litteram Vau.

1588 Stela fabricata e marmore Pentelico, fracta in partes duas, quae antiquo tempore inaedificatae ductui aquarum sito ab urbe inter septentriones et orientem repertae sunt aestate a. 1901. A. 0,65. l. 0,25. Scriptura inaequalis et partim conferta, a. ca. 0,01.

Furtwängler, *Berl. philol. Wochenschr.* 1901 p. 1597 litteris minusculis. — *Exscripsi* ex ectypo, quod debeo insigni Furtwaengleri humanitati.



Θεοί.
Ἐν τῶι τῆς Μυίας· θυμιατήρ-
ι]α χαλκᾶ. λυχνεῖον χαλκοῦν [ἕ]ν.
κρατ⟨ρ⟩ὴρ χαλκοῦς εἷ(ς). βά[σ]ις
τοῦ κρατῆρος σιδηρᾶ. κανοῦν

χαλκοῦν ἕν. ἄγαλμα ἐπὶ τῆς
τραπέζης κυφαρίσ(σ)ινον ἕν.
μικρὸν ἄγ(αλ)μα τῆς Μνίας.
Ἐν [τ]ῶι ὑπισθο[δ]όμωι· ἄγα[λ-
μα τοῦ Διονύσου ἕν. περόν-
αι σιδηραῖ [ε]ἴκοσι καὶ ῾(ε)κατ-
όν. Παρὰ τοὺς πέπλους· περ[ό-
ναι σιδηραῖ πέντε. [κ]λάμ[α-
τα περονῶν σιδηρῶν ἕ[ξ.
βάθρω ξυ[λ]ίνω δύο μα[κ]ρώ.
κανᾶ σ[χ]οίνινα ἑννέα. λου-
έτιον χαλκοῦν τετρημένο-
ν] ῾[έ]ν. πα[ν]αγρὶς χαλκῆ τετρη-
μένη μία. ἀσπὶς ἐπίχαλκο-
ς μία. ἀσπὶς λ[ε]υκ[ὴ] μία. θώ-
ραξ χαλ[κ]οῦς [ε]ἶ(ς). ἀσπιδί(σ)κη
χαλκ[ῆ] μία. φιάλαι [χα]λκαῖ
τρῖς. πίνα[ξ] χαλκοῦς [ε]ἶ(ς). ῥόα
χ]αλ[κ]ᾶ δύο. κηρύκειον σιδηροῦ-
ν [῾]έν. πελεκῖνος [χ]αλ[κ]οῦς εἶ(ς).
ε]ἰσιόντι ὑπὲρ [τ]ῆς εἰ[σ]όδου
περόναι (ε)ἴκοσι δύο σιδ[η]ρα[ῖ.
Ἐ]ν τῶι [τ]ῆς Αὐζησίας· λυ[χν-
ίον χαλκοῦν ἕν. θυμιατ[ηρί-
ω χαλκῶ [δ]ύο· τούτω(ν) ἰθυ[κυφῆ
ἐστιν τὰ ἄν(ω). θρόνοι δ[έκα
ξύλινοι. βάθρον θρόνου [ἕν.
κανοῦν χαλκοῦν μικρόν. ἄγα[λ-
μα Αὐζησίας ἕν. ἀγαλμ-
άτιον μικρόν. περόναι
σιδηρα[ῖ] ἑκατὸν ὀγδο-
ήκοντα. καρχήσιον χαλκοῦ-
ν μικρὸν ἕν. θώραξ χαλ[κ]οῦς
εἶ(ς). ἀσπὶς λευκὴ μία. φιάλαι
χαλκαῖ τρισκαίδεκα. περό-
ναι πρώτωι πέπλωι σιδηραῖ
ὀκτώ. κλάμα[τ]α περονῶν
πέντε σιδηρᾶ. κιβωτὸς ξυλί-
νη μία. βάθρον μακρὸν
ἓν ξύλινον.

Vs. 27 extr. σιδέρο Furtw.

Titulus cum conceptus sit sermone Attico ad eandem pertinet sacrorum curam quam cleruchos Atticos in se recepisse testes nobis iam erant n. 29—39. In nostro derelictae sunt designationes consonantium Gamma et Lambda Atticae, sed more Attico adhuc redduntur vocales; fuerit igitur antiquior quam index aequalis n. 39. In scriptura conformanda Athenienses Aeginae consistentes non secutos esse Athenienses urbanos, probant etiam ⊟ et ⊙ simul posita: ⊟ enim certum vs. 11. 18. 27; aliis locis diiudicari nequit, utrum ⊟ fuerit an H.

Non dubitandum quin Mnia et Auzesia cultae fuerint in eiusdem templi partibus separatis. De τῆς τε Δαμίης καὶ τῆς Αὐξησίας cultu Aeginetico tenemus testimonium Herodoti 5, 83 sq.: dearum simulacra Epidauria rapuerunt Aeginetae καὶ ἱδρύσαντο τῆς σφετέρης χώρης ἐς τὴν μεσόγαιαν, τῇ Οἴῃ μέν ἐστι οὔνομα, στάδια δὲ μάλιστά κῃ ἀπὸ τῆς πόλιος ὡς εἴκοσι ἀπέχει. Nomen Μνία idem esse atque Δαμία dictum est ad n. 1010, in quo titulo (item in n. 1054) dea altera scripta est sicut apud Herodotum cum Xi pro Zeta; n. 1062 audit Ἀζοσία; n. 1539 iuxta Αὐξήσιαν sunt θεοὶ Ἀζόσιοι, qui Auxesiam et Mniam videntur comprehendere.

Vs. 4. 21. 23. 25. 39 quinquies εἶ scriptum pro εἷς errori tribui nequit, sed non magis Sigma evanuisse credi potest, idque quidem ante vocales et consonantes. Censendus igitur est lapicida vocabulum noluisse perscribere, quod compendium in designando numero non incredibile. — Vs. 7 κυφαρίσ(σ)ινον pro κυπαρ.: lapidarius fuerit vir incultus, qui haud semel reddebat appellationem vulgarem, quod fecisse etiam videtur in ὑπισθοδόμωι vs. 9, ad quod cf. ὔπισθα Aeolice dictum pro ὄπισθεν (Ahrens, De dial. I 82). — Verba ἐν τῶι ὑπισθοδόμωι, item quae diductis litteris data sunt vs. 12. 28 recte sumpsisse mihi videor pro indicibus sequentium. — Vs. 10. 12. 14. 27. 35. 40. 42 περόναι: confirmari non fugit Furtwaenglerum, quod nuntiat Herodotus 5, 88: καὶ ἐς τὸ ἱρὸν τῶν θεῶν τουτέων περόνας μάλιστα ἀνατιθέναι τὰς γυναῖκας. — Vs. 11 in HKATON, item vs. 27 in ⊟IKOΣI Furtw. ⊟ significare credit EI in unum contractum, qui scribendi modus hac aetate inauditus. Utroque loco erravit lapidarius. — Vs. 13. 42 κλάματα est pro κλάσματα (Furtw.), quod iterum attribuendum fuerit appellationi vulgari; κλάσμα scriptum est C. I. A. II 678 *B* vs. 33. — Vs. 16 ἑννέα: notandus spiritus. — Vs. 18 παναγρίς: intellexit Furtw., apud Pollucem 10,165 legendum esse τὰ λεβητάρια καλοῦσι παναγρίδας pro ταναγρίδας; utrumque tradi in libris scriptis ei nuntiavit Bethe. — Vs. 21 ἀσπιδίκη ex appellatione vulgari aut ex errore; ἀσπιδίσκη est C. I. A. II 676. — Vs. 23 extr. in ectypo cernere tibi videri potes ΛΛ: ῥόδα, sed cum umbrae sint debilissimae bonumque sensum praebeat dualis ῥόα, id fuerit verisimilius. — Vs. 30 τούτο (= τούτω) quod scripsit Furtw. refutatur singulari ἐστιν. Manifesto Ny per errorem omissum. — Vs. 31 ⊙O scriptum pro O⊙. — Vs. 41 περόναι πρώτωι πέπλωι: fibulae destinatae vestimento sollemnissimo. πρὸ τοῖ πέπλοι Furtw., quod ut comiter mihi scripsit esse vult πρὸ(ς) τῶι πέπλωι; sed Sigma omissum in numero εἷς consentaneum, non in praepositione; praeterea vix aptum πρός, pro quo vs. 32 est παρά, neque dicas quid sibi velit articulus.

1589 »Βάσις πωρίνη« Aeginae in museo.

Pelekanos, Ἄστυ d. 10 Sept. a. 1900 (notitiam titulorum n. 1589—1593 debeo Prottio).

HPΩN	Ἥρων.

Aut dedicavit Hero aut subscriptum erat nomen eius statuae.

1590 Repertum in vico Ἁγία Βαρβάρα dicto, nunc Aeginae in museo.

Pelekanos, Ἄστυ d. 14 Dec. a. 1900.

AIΣXVΛO	Αἰσχύλου
TO	τοῦ
ΓΕΡΙΛΟ	Περίλου.

Sepulcrale.

1591 Repertum in vico Χλόη dicto, nunc Aeginae in museo.

Pelekanos, Ἄστυ d. 14 Dec. a. 1900 typis vulgaribus.

ΜΗΝΟΦΙΛΑ	Μηνοφίλα
ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ	Μενεκράτου·
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

1592 In saxo sito a monte Ὄρος dicto ad septentriones prope vicum Πρευτοῦρι.

Pelekanos, Ἄστυ d. 14 Dec. a. 1900. — Imaginem photographicam debeo Hermanni Thierschii humanitati.

ΟΡΟΣ

Titulus, si genuinus, legendus Ὅρος; sed facile suspicamur auctorem significare eum voluisse Ὄρος igiturque eum non esse antiquum, sive ioci causa insculptus est a viris iisdem, quos talia adamavisse novimus e titulis n. 1551. 1552, sive ab aliis alio consilio motis. Quae suspicio tantopere confirmatur specie litterarum conspicua in imagine photographica, ut nisi eam accepissem parte comprehendente inscriptiones falsas et suspectas iam absoluta inter eas relegassem titulum.

1593 Saxum in vertice collis, qui a monasterio (ἱερὰ Μονή) est ad orientem. A. 0,84. l. 1,20; litterae a. 0,15.

Pelekanos, Ἄστυ d. 14 Dec. a. 1900.

HPIA	Ἠρία.

Designatur locus sepulcrorum.

1594 Fragmentum acroterii orientalis templi Dianae. Litterae a. 0,003. — *Exscripsi* ex ectypo, quod debeo Furtwaengleri humanitati.

A
W
⊏
O
V
M ⊔

Bis scriptum αμπ interposito O, quod non crediderim Omicron, sed divisionis signum. Conici potest fabricatorem anthemii insculpsisse nominis sui exordium, fortasse Ἀμπ[ελίων.


1595 Scarabaeus Cantabrigae in museo Fitzwilliamiano asservatus. Middleton, *Catalogue of the Fitzwilliam Museum* n. 4. Furtwängler, *Die antiken Gemmen* II p. 36, tab. VII n. 64.

I M Ǝ A Δ I T И O Ǝ Ԁ K

Κρεοντίδα ἐμί.

II. CORINTHVS.

1596 Aryballus fictilis in museo *Louvre* dicto. Kretschmer, *Jahreshefte des österr. Inst.* III, 1900, p. 134.




Ἀσφυλῖνος Πεταλᾶ.

Nomen idem esse atque Αἰσχυλῖνος (αε = αι, cf. n. 268. 329) intellexit Kretschmer.

1597 Fragmentum pilae fabricatae e lapide poro fusco, Corinthi repertum m. Aprili a. 1898 ab angulo areae templi Apollinis inter septentriones et orientem sito viginti quinque fere metros. A. 0,25. l. 0,19. cr. 0,10. Inscripta sunt latera duo contigua litteris profundis et pulchris collocatis inter lineas sculptas; O altum 0,033, M 0,063. In lateris *A* versus primi litteris ΦΟΣ residua coloris rubri splendidi; in faciendis O et Φ adhibitus est circinus.

Benigne Owen Dickerman auctoribus Rufo Richardsonio et Ioanne Williams-Whiteio misit imagines photographicas, quas repraesento ad quintam partem redactas.

A *B*



A Φοινι[κε -- | -- τ]ρῆς χ|οί[ρ]ου[ς (s. τέτο]ρες χ|οῖ[ρ]οι) --.

B τ]αὶ κελ[αιναὶ (s. τ]ᾶι κελ[αινᾶι) --] | ᶜ

In versu lateris *A* tertio post O constat fuisse Iota, post quod secutum esse potest Rho et Alpha, sed illud multo verisimilius. Primum residuum servatum in *B* aut est de T aut de M; deinde legi potest et κελ et κεδ: illud accepi quia suppleri potest ad designationem coloris, qualem habemus initio lateris *A*.

Continuisse credendus est titulus praecepta de sacrificiis.

1598 Magna basis marmorea rotunda, reperta a. 1900 Corinthi in foro antiquo, a. 0,88. diametros 1,35. Principio inversa erat, apparent enim vestigia litterarum contrarie directarum.

Auctore Richardsonio (quo intercedente accepi etiam n. 1600—1605) delineationem suam comiter misit *Beniaminus Powell*.

O Ш B P I O N I I A I O Δ ω P O C
ᶜ B I H C Є N Є K A

vacat

– ◡◡ – ◡◡ – ◡ Δί'] Ὄμβριον [Ἡ]λιόδωρος,
– ◡◡ – ◡◡ – εὐσ]εβίης ἕνεκα.

Δία scribit Powell; sed erat carmen.

1599 Basis marmorea utrimque cymatiis ornata, reperta apud ostium fontis Pirenae, quod prope forum situm (Pausanias 2, 3, 2) ut praeclarum magnarum contentionum praemium detegere contigit Americanis. A. 0,35. l. 0,67. cr. 0,66.

Richardson, *American Journal of Archaeology* ser. II vol. 4 (1900) p. 235 sq. cum imagine zincotypica, e qua *exscripsi*. Habeo etiam Powellii apographum.

ᴦ ı M Ⲁ T I C I C Y ɸ I H C B O Y Λ H C Π Ⲁ Ꝛ Ⲁ X Є Y M Ⲁ T I Π H Ͱ ⲰN
P H Γ I Λ Λ Ⲁ N M Є C O P Ⲁ C Є I K O N Ⲁ C ω ɸ P O C Y N H C

Ψ B


Νεύ]ματι Σισυφίης βουλῆς παρὰ χεύματι πηγῶν
Ῥήγιλλάν μ' ἐσορᾷς, εἰκόνα σωφροσύνης.

Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Restituit Richardson, quem non fugit basim sustinuisse imaginem uxoris Herodis Attici. — Σισύφιος haud semel in utriusque linguae sermone poetico aequat Κορίνθιος, cf. e. g. epigramma Olympium apud Pausaniam 5,2,5. Anthol. Pal. 745 vs. 7. 9, 151 vs. 4. Statius Theb. 2, 380.

1600 Basis e marmore albo facta, fracta in partes duas, quarum utraque (annis 1899 et 1900) reperta est a Propylaeorum scalis ad occasum solis. A. 0,335. cr. 1,32. l. pars maior 0,75, minor 0,19.

Delineationem comiter misit *Beniaminus Powell.*




Γν(αῖον) Κορνήλιον Τιβ(ερίου) Κορνηλίου Πούλχρου υἱὸν Φαβίᾳ Ποῦ[λ]χρον, στρατηγὸν
τῆς πόλεως Κορινθίων, πενταετηρικὸν ἀγωνοθέτην Καισ[α]ρείων, Ἰσθμίων, ἀρχιερ[έα
τῆς Ἑλλάδος καὶ ἑλλαδάρχην ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν συ[νεδ]ρίου διὰ βίου, Ἠπείρου
ἐπίτροπον, Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας δικαιοδότην, ἄρχον[τα τοῦ] Πανελληνίου καὶ ἱερέα
Ἀδριανοῦ Πανελληνίου, ἄλλας τε μεγάλας δωρεὰς ἐπιδόντα καὶ τὴν ἀτέ[λειαν] τῇ πόλει παρασχόντ[α.
Καλπουρνία Φροντεῖνα ἡ ἀδελ[φή.

Honoratus est regnante Hadriano idem vir, cui regnante Traiano positus est lapis Troezenius n. 795. Quod in nostro dicitur *στρατηγὸς τῆς πόλεως*, id confirmat recte Klebsium *ἀντιστράτηγον* in altero rettulisse ad magistratum municipalem: promotus est Pulcher a munere propraetoris municipalis ad praetoris municipalis dignitatem. — Vs. 2 interpungendum esse inter *Καισαρείων* et *Ἰσθμίων* probat n. 795 vs. 8 sq.: *Ἰσθμίων καὶ Καισαρήων.*

1601 Basis e marmore albo facta, reperta a. 1899 infra Propylaea. A. 0,30. l. 0,60. cr. 0,58.

Delineationem debeo *Beniamini Powellii* humanitati.




Γν(αῖον) Κορνήλιον Ποῦλχρον
Λ. Γέλλιος Ἰοῦστος.

Statua posita erat eidem viro atque n. 795. 1600. Iota nominis ultimi instructum punctis diaereseos, de quibus cf. adnotata ad n. 995.

1602 Basis e marmore caeruleo facta, reperta in Propylaeis a. 1890. A. 0,65. l. 0,72. cr. 0,75.

Delineationem debeo *Powellii* benignitati.




εἰκόνι λαν[πρ]ὸ[ν(?)] κ - -
Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Fuerit carmen.

1603 Basis e marmore caeruleo facta, utrimque cymatiis instructa, reperta in Propylaeis a. 1900. A. 1,34. l. 0,73. cr. 0,70; pars inscripta a. 0,855. l. 0,52.

Designationem auctore Rufo Richardsonio misit *Beniaminus Powell.*




E]ἰς τύπον εἱμερόεντα ἰθύν(τ)ορος ἀνθυπάτοιο
ἥρπασέ τις μορφήν, τ[ῇ] δ' ἐνέγλυψε λίθῳ·
μορφὴν λαοτόμος μὲν ἑῇ μειμήσατο τέχν[ῃ,
Ἑ]λλάδι κόσμον ὅλον μητρὶ χαριζόμενος.
σ]τῆσε δ' ἀγασσάμενός μιν ἀμύμων Εὐτυχιανό[ς,
ἀ]ντὶ κασιγνήτου εὖ διέπων Ἐφύρην.

Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Vs. 1 cum nihili sit nomen Ithynor, lapicidam crediderim omisisse T; *ἰθυντήρ* de proconsule dicitur in Kaibelii epigrammate 905. Nomen honorati inscriptum fuisse ducendum plinthidi, quae fulciens statuam basi imposita esset. — Vs. 5. 6 Eutychianus frater proconsulis videtur, cum statuam posuit, aut vicarius eius aut successor fuisse in Achaia administranda.

1604 Basis statuae e marmore caeruleo facta, reperta a. 1900 in Propylaeis. A. 0,95. l. 0,70. cr. 0,65.

Delineationem debeo *Powellio.*



Ἀτθίδος εἰμὶ πάτρης Περικλήϊον | αἷμα λελογχώς, |
Ἑρμολάου δ' υἱὸς οὔνομα | Διογένης. |
Στῆσε δέ μ' εἰν Ἐφύρ[η] | Πιρηνίδος ἀγχ[ὶ ῥεέθρων
τῇδε Σεκου[νδ - - - - - -

Supplevi hexametri alterius clausulam.

1605 Tabula marmorea marginata fracta supra et ad dextram, reperta a. 1899 a templo Apollinis ad orientem. A. 0,255 l. 0,24. cr. 0,04.

Delineationem benigne misit *Beniaminus Powell.*



Λ[ε]ῦκτρο[ν ε τ
Κορώνη [ε τ
Κεφαλληνία [ε τ
Βοιαί [ε τ
Κλίτωρ [ε τ ϛ
Μεσσήνη [ε τ ϙ'

Manifesto aequalis est n. 619, in quo cum urbium nomina tria initio nostri servata redeant locis ultimis, titulus alter ex altero redintegrari posse videtur. Cum in nostro ad uniuscuiusque nominis dextram fuisse appareat ЄT cum nota numerali, in alterius versu tertio suppleri nunc potest πεν[τ -. Quid sibi velit ЄT nescio; cum in versu ultimo adscriptum sit magnus numerus ϙ, vix significavit ἔτη s. ἔτους. Patet urbes consilio aliquo consociatas fuisse; non inepte cogitaris de ἐτ(έλεσε), ut solverint pecunias notis sequentibus indicatas.

1606 In epistylii Ionici cymatiis ornati trabe, quae reperta est cum compluribus aliis apud ostium fontis Pirenae (cf. lemma n. 1599), colore rubro picta est inscriptio, cuius litterae angustae a. 0,013.

Richardson, *American Journal of Archaeology* ser. II vol. 4 (1900) p. 238.

ΤΟΝΟΡΩΜΕΝΟΝΟΝΤΑΚΟϹΜΟΝΤΗΠΕΙΡΗΝΗΠΑ

-- τὸν ὁρώμενον, ὄντα κόσμον τῇ Πειρήνῃ πα[ρατεθέμενον(?).


Iudice Richardsonio litterae produnt aetatem Byzantinam. Extrema replere sum conatus.

III. CLEONAE.

1607 Lapis porus fuscus repertus in domo vici dicti Ἅγιος Βασίλειος, qui vicinus est loco Βολιμοτή appellato, sedi Cleonarum, unde Dickermanio narravit incola quidam oriundum esse lapidem. Olim eum inaedificatum fuisse monstrabant arenati reliquiae. Nunc asservatur in museo Atheniensi. A. 0,266. l. 0,385. cr. 0,124. Fractae sunt partes sinistra et posterior, scripta latera tria: *A* et *C* sunt in lateribus sibi oppositis latioribus, *A* in latere superiore, *C* in inferiore; *B* in latere angustiore antico. Margines igitur inferior lateris *A* et superior lateris *B* eidem sunt, non minus inferior lateris *B* et superior lateris *C*, quod figuris nostris parum lucide redditur. In lateris cuiusque parte dextra spatium l. 0,101 vacuum est a scriptura; in *C* scripturae finis notata est linea insculpta. Litterae inter lineas collocatae a. 0,032—0,035; ⊕ et O a. 0,02.

Auctoribus viris egregiis iisdem, quibus debeo n. 1597, *Owen Dickerman* inventor lapidis insigni humanitate misit imagines photographicas et delineationes, quibus addidit commentarium uberrimum. Imagines quas subicio quartam reddunt magnitudinis partem.

A
B
C



Vs. 1 - - - - - - - - - -
2. 3 .τ vel ι]α [τ]ὠλατήριο|ν ἀπέβαμ(μ)α ξ[ε - -
4. 5 ος εἶμεν, αἴνη[τ]|ον Ϝρέξαντα α - -
6. 7 μὴ μια[ρὸ]ν [ε]ἶμ[ε|ν, αἰ ἄ[ν]θ[ρ]ωπον ἀ - -
8. 9 αντα χρῆμα μηθ|έν, μιαρὸν εἶμεν - -
10. 11 ατον (s. ατων) μηθὲν ...|..ον εἶμεν, α[ἰ - -
12. 13 ἀνθ]ρώπωι μιαρῶι· κά|θαρσιν δὲ εἶμεν ̔ - -
14. 15 ἀ]ποθάνοι, καθαρά|μενον κατὰ νόμον - -
16. 17 .. ἀπ᾿] ἱαροῦ [δ]αμο|τ[ελέος - -

Lucramur e titulo alphabeti genus novum, quod aequalitatem quidem non mediocrem exhibet cum Corinthio, sed Iota non Ϛ scribitur sed I et, quod gravius, B non significat ε et η sed solum η, E solum ε; spurium ει scribitur EI.

Lectionem paene totam recte expediverat Dickerman.

Vs. 2. 3 ἐλατήριον ἀπόβαμ(μ)α: »*aqua lustralis*« Dickerman, laudans Aeschyl. Choeph. 926 Kirchh. καθαρμοῖσιν ἀτᾶν ἐλατηρίοις. — Vs. 4 in. de Θ superest punctum. — Vs. 5 ad Ϝρέξαντα affert Dickerman ἔϜρεξα e titulo Cyprio *Dialektinschr.* 71 et Ϝέρξαι e lege Gortynia X 30. — Vs. 16. 17 supplere conatus sum: »*a publico sacrificio excluditor*«.

IV. ARGI.

1608 Tabula reperta Argis prope sedem fori antiqui.

Ephemeris dicta Καιροί d. 13 Dec. 1900 n. 4322. Ephemeris Ἀκρόπολις d. 8 Ian. 1901. (Theodorus Reinach, *Bull. de corr. Hell.* 24, 1900, p. 324.)

Εἰκόνα Φωσφορίου μεγακύδεος ἀνθυπάτοιο
Ἀρχέλεως Δαναοῖς στῆσε χαριζόμενος.

Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

Var. lect. Vs. 1 μεγακυδεως dat Ἀκρόπολις.

Proconsuli eidem positum esse lapidem Megaricum C. I. G. Sept. I 96, quem non recte relatum esse ad patrem Symmachi scriptoris honoratum titulo C. I. Lat. VII 1698 (Wilmanns 641. Dessau 1257) intellexit Reinach. Coniecit lapidem nostrum et Megaricum pertinere ad Symmachum proconsulem Achaiae a. 319 (Hertzberg, *Geschichte Griechenlands* 3, 230) eumque avum fuisse scriptoris.

V. HERMIONE.

1609 Omisi C. I. G. 1200, e schedis Fourmonti.

ΤΟΝΥΙΟΝ
ΚΟΡΑΙ

- - - - - - - τὸν υἱὸν
Δάματρι, Κλυμένωι,] Κόραι.

Dedicaverunt imaginem filii sive parentes sive solus pater sive mater; cf. n. 688. 691. 693. 694. 699.

VI. TROEZEN.

1610 In latere postico lapidis, in quo n. 894, Legrand (*Bull. de corr. Hell.* 24, 1900, p. 203 n. XII) animadvertit inscriptiones erasas duas; »*sur un estampage de la plus longue, pris en 1890, je crois distinguer*«:

ΤΟ ⋯ ΝΕϹΤ ⋯ Α
ΚΑΙ Α Α ΑΛΟΥΑΛ ⋯ ΞΙ ΕΙΝΟΝ
ΗΤΡϹΙΖΗΝΙΩΝΠΟΛΙϹΤϹΝϹΩ ΗΡΑ
///


Τὸ[ν ἐπιφα]νέστ[ατ]ον [αὐτοκρ]ά[τ(ορα)
Καί[σ]α[ρ]α [Γ]αλ(έριον) Οὐαλ(έριον) Μ[α]ξι[μ]εῖνον
ἡ Τροιζηνίων πόλις τὸν σω[τ]ῆρα
- - - - - - -

Restituit Legrand, nisi quod vs. 1 dedi ἐπιφανέστατον, quod reddit latinum »*nobilissimum*«. Quod in eiusdem versus fine scribit αὐτοκράτορ]α non quadrat ad exempli sui spatia.

VII. LIGVRIO.

1611 Basis aenea asservata in museo Berolinensi. Redacta est in speciem graduum trium, quorum imus altus est 0,004; medius 0,015; summus 0,021; latus est gradus imus 0,16; summus, in quo vestigia statuae progredientis, 0,128.

Furtwängler, *Jahrbuch des arch. Inst., Anz.* 4, 1889, p. 94. (Kretschmer, *Hermes* 36, 1891, p. 125. Meister, ibidem p. 319. Dittenberger, C. I. G. Sept. I 4249.) Kretschmer, *Jahreshefte des österr. Inst.* 3, 1900, p. 133. M. Fränkel, Museum Rhenanum 56, 1901, p. 423. — Imago baseos reddit dimidiam magnitudinem, imago tituli veram.



Ἄνφροξυν
Ἐπρόροε ἀνέθηκαν.

Dissertatione laudata probare conatus sum Ἄνφοξυν designare Minervam quae ut propugnatrix repraesentata esset; Ἐπρόρος, in quo quomodo transscribendae sint syllabarum priorum vocales est incertum, significare incolas vici Argivi nobis ignoti; neque esse cur diffidamus testimonio secundum quod ex Ligurio monumentum sit oriundum. Terminationem οε pro οι in sola Boeotia adhiberi non recte creditum esse docuit Kretschmer.

PARS TERTIA DECIMA.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

5 Sero animadverti versus primos tres exscriptos esse a Fourmonto (C. I. G. 1087), cuius testimonio constat lapidem fuisse Megaris in ecclesia Sancti Demetrii, ut non recte a me sit receptus. Exemplum Lebasianum fugit Dittenbergerum, C. I. G. Sept. I 119, et Wilhelmum, *Jahreshefte des österr. Inst.* III, 1900, p. 40, cuius confirmatur emendatio versus alterius *τρίκλ.ειωον*.

---

7 In transscriptionis versu altero desiluit accentus: *τῶι*.

---

9. 30. 31. 39 In lemmatis, item in commentarii tituli n. 39 versu primo, templum non recte dicitur Minervae; est Dianae, cf. n. 1580. — Editionibus tituli n. 39 addendum Le Bas, *Voyage archéol.* II 1684.

---

19 Recte me repudiavisse n. 19*a* a me rogatus testatur Hermannus Thiersch. Cuius apographum tituli n. 19, quod comiter addidit, cum meo congruit, nisi quod in versu primo dat ΘЄΙΟ; in versus tertii voce ultima haesitat, num post ЄΙ fuerit Ny an Eta, certe ad *Αἰγειυητῶν* non sufficere spatium, ut litteram unam putet fuisse omissam. Ego adnotavi quidem parcum esse spatium — supra non plane accurate redditur —, sed aut ΝΗ aut ΗΤ in unnm signum fuerint coniuncta.

---

51 In primo lemmatis versu lege »iuxta quem«.

---

62 In lemmate extra uncos collocandum erat: »Le Bas, *Voyage archéol.* II 1713«, quod exemplum repraesentavi.

---

115 In lemmate lege »C. I, G. II add. 2143*i*«.

---

133 Iteravit Le Bas, *Voyage archéol.* II 1737.

---


137 In lemmatis versu altero lege »factus«.

---

179 Repraesentavit Furtwängler, *Die antiken Gemmen* tab. VII n. 66.

---

190 Opus musivum a. 1901 repererunt magis quidem mutilatum Bavarii, postea pars denuo obruta est, ut imago photographica, quam auctore Adolfo Furtwaenglero benigne mihi misit Hermannus Thiersch, non plenas exhibeat inscriptionis reliquias. Apparuit spatia a Rossio male reddita in errores induxisse. Tum titulum priorem denuo detegendum curavit et accuratissime sic mihi exscripsit Thiersch:



Elucet versum extremum primum recte emendavisse Kirchoffium; in versu altero confirmari videtur ultima quam conieci vox, sed brevius scribendum *πᾶσιν ἰσε[ρχο]μένοις*: Rossii ˂ erat C; post ˅ omisit indicare aut O aut parvam lacunam.

Tituli alterius versuum priorum subicio finem:

Ρ Α
Λ Є Υ Θ Ϛ

Nihil igitur scriptum erat post *τέσσερα*. Vs. 4 tantum abest ut spatium sufficiat ad *ἀνοικοδόμησα*, ut *συναγωγήν* perscriptum fuisse nequeat: fuerit *συναγ. οἰκοδόμησα*. Vs. 5 clarum pro ΡЄ est ΠЄ.

E litterarum specie titulos recentiores esse quarto p. Chr. n. saeculo non credo; fortasse vel sunt tertii.

---

202 Statua asservatur Madriti in museo teste Huebnero, *Antike Bildwerke in Madrid* p. 41 n. 13; cf. p. 345 (titulum iteraverunt Kaibel, Inscr. Sic. 2543. Cagnat, Inscr. Graec. ad res Romanas pertinentes 27). Addit Hübner versum quartum: ..ΙC////; in versu primo extr. dat ΙΝΝΙΟC; pro Є habet Ε.

---

203 In commentario versus octavi corrige: »qui ipse *περίβολος* - - designatus esse putandus est«, in commentario versus 15 lege »*τὸν περίβολον*«.

---

212 Titulus acu incisus est. In commentario pro »n. 610« lege »n. 614«.

---

217 Repraesentat Pernice, *Antike Denkmäler* II tab. 40 n. 7.

---

233 In lemmate lege »20, 51 Röhl«.

---

235 In primo adnotationis versu lege »videtur«.

---

257 Repraesentat Pernice, *Antike Denkmäler* II tab. 40 n. 6*b*, item 289 ibidem n. 4; 313 iteravit II tab. 39 n. 12.

---

356 *Αἰσκλαπιός* scriptum etiam est Troezene n. 771.

---

357 In transscriptione desiluerunt spiritus et accentus: *Ἄμων Σωνόου*.

---

409 In primo adnotationis versu lege »*defunctus*«.

---

431 In primo adnotationis versu lege »Xenophontem«.

---

438 In versibus 3. 4 transscriptis lege *οὐδ[εὶς τῶν ἄλ|λων], ἀν.*

479 In adnotationis versu tertio pro »neque« lege »atque«.

---

492 In adnotatione in alterius columnae versu quarto extr. lege »voci«.

---

497 Initio commentarii lege »in versibus 6. 7«.

---

506 Edidit Rogers, *American Journal of Archaeology* 1901 p. 159.

---

530 In commentarii versu ab ultimo tertio pone comma post »faciunt«; in versu proxime insequente lege »Vs. 10. 20 Ναυπλία«.

---

549 In versu transscripto tertio lege ». νους ελα (sive . νου σελα)«.

---

554 Vs. 4: eis qui *γράσσμα* idem censent atque *γράμμα* accessit Solmsen, Mus. Rhen. 56, 1901, p. 497, ortum id ratus e **γραφ - σ - μα*.

---

556 Exemplum non plane accurate in Corpore Inscriptionum e Fourmonti schedis a se inspectis redditum esse nuntiat Wilhelm (Mus. Rhen. 56 p. 579): esse n. 9 in.: . . ʼΝ, vs. 10 ΓΕΓΕΝΗΛΜΕΝΗΝ, vs. 11 Εξομεν, vs. 12 in. ʼΙΛ (non ΙΙΛ). — Restitutionem suam publicavit Wilhelm *Jahreshefte des österr. Inst.* III, 144, non tamen quam praedixerat, sed valde inaequalem, contra quam disputavi Mus. Rhen. 56 p. 233 sq.; respondit Wilhelm versuumque 3—17 exemplum emendatum proposuit ibidem p. 571 sq. Equidem cum eius restitutionem dudum promissam quam diu poteram exspectavissem, paulo festinantius rem egi, ut neglexerim e Pouquevillii testimonio a me reperto fructum percipere; licet enim, quidquid mire contra me loquitur Wilhelm, Pouquevillii apographa ad unum omnia sint pessima, fides ei non deneganda quod tradit post Fourmonti versum sextum decimum fuisse alium, in quo . . . . . ΜΕΝ; qui sequantur versus diremptos fuisse spatio vacuo. Elucet igitur nos tenere responsi satraparum legato dati finem, sicut initium nos tenere probare conatus sum in dissertatione laudata, ad quod optime quadrat, quod delineatio Fourmonti teste Wilhelmo (p. 584) lapidem utrimque cymatiis instructum ita repraesentat, ut versus nobis traditus primus videatur fuisse tituli secundus. Exordium secundis curis sic constitui (versum primum exempli causa):

[Θεοί· ἔδοξεν τῶι τῶν Ἑλλήνων ἐν Ἄργει συνεδρίωι
διασαφῆσαι τῶι δεῖνι -]νου Φ[ρ]υγ[ὶ
πρεσβευτῆι τοῖς μετ]έχουσιν τῆς κοινῆς [εἰρ-
ήνης παρὰ τ]ῶν σατραπῶν ἥκοντι κτλ.

Dativi a *ἥκων* pendentis bonum exemplum suppeditat Wilhelm (p. 575): C. I. A. IV 2 n. 14*c*, vs. 23.

Praeterea haec nunc volo mutari:

vs. 7 sq. - - - - - *καὶ χρήσιμοι μένωσιν τοῖς φίλοις,*
β]ασιλεῖ δὲ οὐδένα πόλεμον οἴδασιν ὄντα· [ἕως
ἂ]ν ἡσυχίαν ἔχηι κτλ.

